tantum equora transiliet.Sed lõge calpe relicta audiet herculeo stridẽtes
gurgite solem. Nominatiuus & uocatiuus pluralis eiusdem terminatiõis Nominatiuus &
similis ẽ genitiuo & datiuo singulari:naꝫ per ae diphthongum pferũtur: Vocatiuus.plu.
ut hi & o poetę:sed ĩ his non potest diuisio fieri sicut in aliis. Genitiuus Genitiuus plu.
pluralis eiusdem declinationis nascitur addita ablatiuo singulari rum syl
laba:ut ab hoc poeta horum poetaꝫ:ab hac musa harum musarum. ꝓdu
citur enim a tam ĩ ablatiuo singulari q̃ ĩ genitiuo plurali. Et notandu; ꝓ
omnes casus tam singularis numeri q̃ pluralis pares habẽt ĩ utroq; nũero
syllabas ĩ hac declinatione:excepto genitiuo plurali.hic enim una syllaba
abundat. Est autem quãdo hunc quoq; per cõcisionem proferre:& maxi
me in compositis & patronymicis:ut graiugenũ pro graiugenarum. Vir Virg.
gilius ĩ tertio ęneidis. Graiugenumq; domus suspectaq; linquimus ar/ Virg.
ua.In eodem.Caprigenumq; pecus nullo custode per herbaꝫ: ꝓ caprigẽa Virg.
rum.Idẽ in octauo.Optime graiugenum cui me fortuna precari.Idem in
eodem. Omnigenũq; deum monstra & latrator a nubis: ꝓ omnigenaꝫ. Virg.
Sic cęlicolum ꝓ celicolarũ:& trinundinũ pro trinundinaꝫ. Cicero ꝓ cluẽ Cicero
tio primo ex ꝓmulgatione trinundinũ dies ad ferẽdum potestasq; uenis Iante 13
set.amphorũ ꝓ amphoraꝫ:& ęneadum ꝓ ęneadarum. Lucretius ĩ primo Lucre
uersu. Aeneadum genitrix hominũ diuumq; uoluptas. Similiter darda
nidũ pro dardanidarum. Virgilius ĩ secundo. O patria o diuum domus Virg.
ilion inclyta bello moenia dardanidum.Idem in xi. Variusq; per ora cu Virg.
currit ausonitũ turbata fremor. Datiuus pluralis & ablatiuus supradictę Datiuus & ablati
declinationis mutant a extremã ablatiui singularis in is productam: ut uus plura.
a poeta his & ab his poetis:& ab hac musa:his & ab his musis. Inueniũt

Ablatiuus

∴ ꝓ in . hi . uel in . ꝓ .

tamen pauca foeminini generis quę ex masculinis transfigurantur: non habentibus neutra: quę & animaliuʒ sunt demonstratiua naturaliter diuersuʒ genus habentia: quę differētię causa ablatīo singulari bus assumē tia: faciunt datiuum pluralē & ablatiuum: quod nulla alia habet declinatio ī bus terminās supradictos casus: ut a longam ī eis penultimā habeat ut his natabus filiabus deabus mulabus libertabus asinabus. M. Cato in originibus Dotes filiabus suis non dant: & filiis tamē in eodem genere dictum est. Ennius in ēndromeda. Filiis propter te obiecta sum innocens nerei: id est filiabus: natis tamē pro natabus. Plautus in stico. Ego ītroibo & gratulabor uestʒ aduentū: filiis ꝓ filiabus. Idem qui talis est de natis suis pro natabus. Ouidius deabus posuit in xiii. metham. Euboea deab⁹ & totidem natis andros fraterna potita. Cicero pro cornelio. Vt ab loue optimo maximo cęterisq; diis deabusq; omnibus opeʒ auxilium petam⁹. Eabus ꝓ eis differentię causa in foeminino genere hemina protulit in tertio annalium. Scriba pontifici qui cum eabus stuprū fecerat: dicit eniʒ de uestalibus. Multa tamen alia quoq; contra regulā uitiose & in his & in aliis casibus uetustissimi ꝓtulisse inueniuntur: in quibus non sunt imitādi Ambę & duę quāuis nulla simili differentię causa cogente similē habēt datiuū & ablatiuum ambabus & duabus quanq̄ genitiuū ambarum et duarum faciant. ¶ Accusatiuus quoq; pluralis fit: addita s ablatiuo singulari: ꝓducitur enim ut bos poetas has musas

Natabus
Filiabus
Deabus
Mulabus
Libertabus
Asinabus
eabus
M Cato
Enni⁹
Plau
Plau
Ouid
Cicero
Hem⁹
Ambabus
Duabus
¶ Accusatiuus · pluraliʒ

De secunda declinatione.

SEcunda declinatio terminatiōes nominatiui habet sex: in er in ir in ur in us in eus in um. In er masculinoʒ tam gręcoruʒ q̄ latinorum: ut caper capri: alexander alexādri: iber etiam iberi: quod per apocopam extremę syllabę ꝓlatum solum in hanc declinationē ꝓducit er: & ab eo compositum celtiber celtiberi. Dicitur tamē & iber iberi: & iber iberis: quando de gente loquimur quę est iuxta armenios: & iber⁹ iberi fluuius. Vnde Lucanus in quarto. Qui prętat terris aufert tibi nomen iberus. In ir & in ur masculinoʒ tantum latinoʒ: ut hic uir huius uiri: hic satur huius saturi. In us latinoʒ & gręcorum: masculinoruʒ & foemininorum & neutroʒ quoq; ut hic clarus huius clari: hic homerus huius homeri: hęc cupressus huius cupressi hęc platan⁹ hui⁹ platani: hoc pelagus pelagi: hoc uulgus: huius uulgi. dicitur tamē & hic uulgus In eus gręcorum tantuʒ quoq; masculinoʒ: ut hic tydeus huius tydei: hic orpheus huius orphei. In um neutrorum tam gręcoʒ q̄ latinorū: & figurate foemininorum apud comicos: hoc regnum huius regni: hoc pelium hui⁹ pelii: hęc glycerium huius glycerii: hęc sophronium huius sophronii. Pāthus per synęresim ꝓ panthous: quomodo alcinus ꝓ alcinous ꝓlatum ē. Vnde Horatius in primo epistolarum. Nos numerus sumus & fruges consumere nati. Sponsi penelope nebulones alcinoiq;. Virgilius ī quinto

Iberi hispani
ī pro hispanis
Iberes
Luca
Hor
Virg

Hor. geor. Pomaq; & alcinoi syluę. Ideʒ Horatius. Alcinoiq; plures. ¶ Gēitiu⁹ singularis secundę declinationis in omni nomine ī longa terminat: sed in quibusdam pares habet syllabas nominatiuo: ut niger nigri: magnus magni: templum tēpli. In quibusdam una syllaba abundat: ut tener tener i: uir uiri: satur saturi: tydeus tydei. Cuius rationē quāuis in libro quem de noīatiuo & genitiuo exposuimus latius tractauimus. Nunc quoq; quantum possumus breuiter percurramus. In ir & ī ur & ī eus desinētia semper una syllaba uincunt in genitiuo: quę & penultimā breuē habent ut treuir treuiri: satur saturi: oileus oilei: nisi productio poetica fiat ī graecis ut tydeus. In us uero & in um desinētia pares habēt syllabas: ut priamus priami: uirgilius uirgilii: templū templi: tauromini tauromini. Frequenter tamen inuenimus ueteres ī huiuscemodi genitiuis geminantibus i subtrahere ex eis alteram. Virgilius in primo ęneidis. Hic tamē ille urbem pataui sedesq; locauit: pro patauii. Idem in bucolicis Nec spes libertatis erat: nec cura peculi pro peculii. In eodem. Pauperis & tugurī cōgestum cespite culmen: ꝓ tugurii. Idem ī quarto georgi. Parthenope studiis florentem ignobilis oci pro ocii. Iuuenalis in quarto. Antoni gladios potuit contemnere: si sic omnia dixisset: pro antonii. hoc autem faciūt metri causa. Nunq̄ enim genitiuus minores habere uult syllabas noīatiuo. In er igitur tantum desinētia ancipitē habent regulam genitiui: in aliis enim abundant in aliis non: abundant quidem in huiuscemodi: lucifer luciferi: armiger armigeri: tener teneri: miser miseri: prosper ꝓsperi. Pares autem habent in huiuscemodi: menāder menādri: sacer sacri: ater atri. de qbus sicut supra dictū est cum de genitiuo tractabatur sufficiēter exposuimus. Androgeo. Virgilius in sexto. genitiuum posuit atticum In foribus lętum androgeo tum pēdere poenas. ¶ Datiuus & ablatiuus singularis huius declinationis fit a gēitiuo mutatiōe extremę i in o ꝓductā ut huius luciferi. huic & ab hoc lucifero: huius sacri: huic & ab hoc sacro: huius uiri: huic & ab hoc uiro: huius saturi: huic & ab hoc saturo: huius priami: huic & ab hoc priamo: hui⁹ tauromini: huic & ab hoc tauromio: huius typhoei: huic & ab hoc typhoeo. Virgilius in undecimo. Inarime louis imperiis imposita typheo. In eodem. Nec clytio genitore minor nec fratre mnestheo. Est tamē quādo ~~genitiuus & datiuus~~ in huiuscemodi nominibus: id est ī eus finientibus uti solent antiqui. Idem poeta in bucolicis. Orphi caliopea: lino formosus apollo. Et oportet scire in hac declinatione q̄ omnes casus obliqui tam singulares q̄ plurales numerum eundem syllabarum seruant: quem genitiuus singularis habuerit: excepto genitiuo pluralis qui una syllaba uult superare: nisi per concisionem proferatur. Vnde dii & diis cum monosyllaba ponūtur per Synęresim sunt accipienda: siue magis per Synęresim e & i in unam syllabam. Veteres. n.

¶ Gēitiu⁹
Patauii pro pataui
Peculi
Tugurii
Oci
Virg
Virg
Virg
Virg
Iuue.
Virg
Androgeo
¶ Datiuus & Abla
Virg
ī & greco datiuo
Virg

finalem i quę longa ē per ei diphthongon ſcribebāt : longas autē uocales
uetuſtiſſimi etiam geminare ſolebāt. Quę uero ſecundum analogiam ꝓ
feruntur: ideſt dei & dīis diſſyllaba ſunt. Lucanus ī ſexto. O utinaꝫ cęliq;
deis hęrebiq; liceret. Idem accidit etiam in ꝓnomine ei & ii: eis & iis.
E quibus illud apparet ꝙ uetuſtiſſimi ut ſupra docuimus ꝓ una lōga uo
cali ſolebant duas ſcribere. Ecce enim ueſtigium antiquitatis ī hiſ adhuc
ſeruatur: cum duę i ꝓ una longa ponuntur: tam in ſupradictis nominis
q̄ ꝓnominis ternis caſibus: hi dii his diis ab iis diis: ii iis ab iis. Nā ſi di
cas dei deis & a deis: ei eis & ab eis: diſſyllaba ſunt ſicut oſtēdimus. Iuue
nalis in quinto. Implet & ad moechos dat eiſdem ferre cynedis. Puto aūt
ꝙ in his differentię cauſa ſeruata eſt in genitiuo geminatio: id eſt ne ſi di
& dis: i & is dicamus dubitatio fiat ſignificationis. Nam di etiam prępo
ſitio eſt: & dis prępoſitio eſt & diues: & i & is uerbum. In pluribus autem
īuenis differentię cauſa huiuſmodi quaſdam fieri ſyllabarū uel litteraru;
additiones uel ademptiones uel accētuum mutationes. Itaq; ī compoſiti
one idem & iſdē per unam i ſcripſiſſe: quia nulla fit confuſio ſignificatio
nis īueniuntur ꝓ eidem & eiſdem. Et quia diximus omnes obliquos caſ?
genitiuum ſequi: ſciendum ꝙ uocatiuus nominatiuū ſuum ſequitur: de
quo modo docebimus: ſed prius de accuſatiuo tractemus. Accuſatiuus
quoq; a genitiuo fit: mutatione i in um: ut huius priami hunc priamum:
luciferi luciferum: tydei tydeum. In huiuſcemodi tamē nominibus: ideſt ī
eus deſinētibus grēco magis accuſatiuo utuntur auctores. Virgilius in ꝓ
mo ęneidis. Ilionea petit dextra leuaq; ſereſtum. Idem ī octauo. Et amicū
cretea muſis: cretea muſarum comitem. Statius ī primo. Necnō & uirib?
infra tydea fert animus. Inuenitur tamē in uſu etiam ī um accuſatiu? ho
rum nominum. Cicero de natura deorum ī quarto theſeum hyppolytu;
Liuius ab urbe cōdita xl. Odio cui perſeus indulgeret. In eodem perſeo
ſeſe adiungunt. In eodem totus in perſeum uerſus. In eodem ad perſeum
miſit. In eodem tranſgreſſus perſeum filium. In eodem perſeum amphi
polim miſit. Idem in xxix. Aureum & alcibiadē. In eodem. Quod aureū
& alcibiadem nec lacedęmonii poſſunt reprehendere. Statius in ſecundo
thebaidos. Pentheumq; trahens: nundum cephedimus equo bacche gēs.
Plautus in uidularia. Eiuſdem bacchę fecere noſtram nauim pentheum
Vocatiuus huius declinationis quando in r uel in m finitur: nominatiu?
ſimilis eſt ei: ut hic lucifer o lucifer: hic ſacer o ſacer: hic uir o uir: hic ſa
tur o ſatur: hoc templum o templum: hęc glycerium o glycerium. Virgi
lius cum paulo ante timber nominatiuum ꝓtulit mox uocatiuu; timbre
poſuit: in x. Daucia lauride timberq; ſimillima proles. Et tibi tibre caput
euandrius abſtulit enſis. Sed non eſt hic uocatiu? a noīatiuo ī er deſinēte
ſed ī us accipiēdus: ut hic timbrus o timbre. Solet enī poeta huiuſcemodi

Veteres finalem i quę lōga eſt ꝓ ei diphthongi ſcribebant.

Idem & Iſdem pro eidem & eiſdem

Accuſatiuus

Vocatiuus

Luca.

Iuue

Virg.
Virg.
Stati?
Cicero
Liuius

Stati?

plau.

Virg

nomina tam in er q̄ in us proferre: ut teucer teucrus: euander euandrus.
Idem ī x. Pallas euāder in ipſis omnia ſunt oculis. Idem ī nono. Tūc rex
euandrus romanę cōditor arcis Sed de his latiuſ de nominatiuo tractā
tes diſſeruimus. Notandū tamē ꝙ Plautus a puer nomīatiuo puere uo
catiuum dixit in mercatore. Ego memor tu puere: abi hinc intus otius
Idem in curculione. Cede puere ſinū quid facturus es iam ſcies. Quod
quibuſdaꝫ rectius a nominatiuo puerus eſſe uidetur. Si uero in eus de
ſinat nominatiuus magis graecum ſeruamus uocatiuum. Horatius in
primo ſermonū. Pentheū rector thebarum. Statius in octauo thebaid.
Vade o primis puer inclyte bellis arcas: & argolicę capaneu iam maxi
me turmę. Probo tamen & aliis artium ſcriptoribus & o penthee & o
tydee & o ilionee poſſe dici ſecunduꝫ analogiaꝫ latinam placet: quod ī
uſu non inueni. In ius uero deſinentia i ante us habentia abiecta us
faciunt uocatiuum: ut hic uirgilius o uirgili: hic ſaluſtius o ſaluſti: hic
Pompeius o pompei. Hęc tamen eadem etiam in e proferebant anti
quiſſimi o uirgilie: o mercurie dicentes. Liuius andronicus in odyſſea
Neq; enim te oblitus ſum lertie noſter. Liuius in ſireno. Cura ne lertie
uelle para ire ithacam: lertius enim pro lertes dicebant quomodo & grę
ci λαέρτιοσ pro λαέρτησ. σόφοκλῆσ ἐνάιαν Τὶ μᾶσιγοφόρῳ ἀεὶ
μέν ὦ πᾶϊ λαέρτίου λέλορκάσε. luniores gaudentes breuitate ꝓ ex
tremae ſyllabae abſciſionem protulerunt. pro uirgilie uirgili: pro mer
curie mercuri. Horatius in primo carminū. Mercuri facunde nepos atlā
tis. In eodē. Multis ille bonis flebilis occidit: nulli flebilior q̄ tibi uirgili.
Vnde accentus perfecti uocatiui in his ſeruatur. Si enim non eſſet ab
ſciſio: debuerunt huiuſmodi uocatiui ideſt qui deſinētes ī i penultimaꝫ
correptam habent antepenultimam acuere: ut uírgili mércuri: qd̄ mi
nime licet: nam penultimā acuimus. In abſciſionibus enim ſi uocalis ī
qua eſt accentus manet integra: ſeruat etiam accentum integrum: ut au
diuit audit: noſtratis noſtras: illice illic. De Pompei & uultei & cai &
ſimilibus uocatiuis: quę i loco conſonātis ante us habent ī nominatiuo
dubitatur utrum i extrema pro uocali an pro conſonāte ſit accipienda:
quomodo in aliis caſibus: quod magis more antiquo rationabilius eſſe
uidetur. Nam ſolebant illi non ſolum in principio ſed etiaꝫ in fine ſylla
bę ponere i loco conſonantis: id q; in ueteribus inuenies ſcripturis: quo
tiens inter duas uocales pōitur: ut eiius pōpeiius uulteiiuſ caiius Quod
etiam omnes qui de littera ſcripſerunt curioſi? affirmant: necnon etiaꝫ
metra oſtēdunt quod dicimus: & regulę ipſius ratio ī ſupradicto uoca
tiuo Omnis enī uocatiuus ī i deſinens una ſyllaba minor eſſe debet no
minatiuo ſuo: ut ſaluſtius ſaluſti: uirgilius uirgili: terentius terēti. Ergo
ſi pompeius & uultei? triſyllaba ſunt ī noīatiuo: neceſſario diſſyllaba

b z

Virg.
Virg.
plau.
plau

Hora.
Stati.

Andronicus
Liuius
Sophocls

Hora.
Hora.

Puere

Penthee
Tydee
Ilionee

Lertios
Lertes
Laertios
Laertes

Perfectus uocatiuus erat uirgilie

Regula pulcra

Cai. diſſyllabū eſt apud maſtilia. Si donare uolus promittere nec dare Cai uocā &c.

Q. d. nō cum inter uocalē & conſonā ut in antepenu. eiius

Ecce quomodo in fine ſyllabę ponitur. ſ. loco conſonantis.

eiius
Pompeiius
Vulteiius
Caiius

Pompei
Vultei
Cai
Vocatiui Diſſyllabi

in uocatiuo esse debent: quod non potest fieri nisi i loco consonantis accipiatur. Vnde illud quoq; possum? scire ꝙ bene cui pro monosylla ba accipiunt metrici: & huic. Omnis enim genitiuus ī us desinēs: una uult superare syllaba suum datiuum: ut ille illius illi: ipse ipsius psi: unꝰ uius uni: alter alterius alteri. Alius quoq; per duas ii debuit esse geni tiuus causa datiui quod est alii: sed uel hiatus causa est: uꝰ quia inter du uas uocales i uocalis esse non poterat. Datiuus autem loco consonantis eam accipi prohibebat: quia ipse duplicabat uocales: & credo differētię causa ne si ali diceretur uerbum infinitum putaretur. Ideo pleriq; recusa uerunt eum frequenti usu proferre. Vetustissimi tamen similem geni tiuum nominatiuo posuisse inueniuntur: sed accentu differt. Quippe circumflectitur penultima in genitiuo. Cęsar in anticatone. i. Vno. n. excepto quem aliusmodi atq; omnis natura finxit quisq; suos habet ca ros. Cecilius in quinto. Nullius alius rei nisi amicitię eorum causa. Ei quoq; cum rationabiliter monosyllabum esse deberet: cum genitiuꝰ eiꝰ sit dissyllabum per dięresim a poetis proferri inuenitur differentię cau sa: ne si monosyllabum sit interiectio esse putetur. Virgilius in ii ęnei. Ei mihi qualis erat! quātum mutatus ab illo Hectore. Nihil tamē mi rum i loco consonātis positum transire in uocalem cum u quoq; idem patitur in quibusdam dictionibus apud poetas: ut Horatius in epodo Niuesq; deducunt Iouē: nunc mare nunc syluę. hic enim diuisione facta ue extremę syllabę ua consonante transit in uocalē. Est enim dimetrum iambicum coniunctum semiquinarię heroicę. Similiter ergo ei & eis per dięresim profertur. Iuuenalis in quinto. Iuuenes hortantur ut illam ire uiam pergant: & eidem incumbere secte. In eodem Ceras nūc hac dictante pusillas implet: & ad moechos dat eisdem ferre cinedis. In cō positione autem nec aliter proferri possunt cum sequens consonans co git i secum loco uocalis proferri. Cui quoq; inueniuntur quidam posuis se dissyllabę per dięresim: Vt Albinus rerum romanarum primo. Ille cui turnis capitolia celsa triūphis. Spōte deum patuere cui freta nulla repostos Abscōdere sinus non tutę moenibus urbes. Q; autē; pompei & uultei & cai & similia i finalem & ante eam uocalem pro una sylla ba habent usus quoq; confirmat. Horatius in primo epistolarum. Du rus ait uultei nimis attentusq; uideris. uultei dissyllabum accipit secun dum analogiam. Alia uero omnia masculina seu foemina ī us desinen tia cōuersa us in e faciunt uocatiuum: ut priamus priame. piusꝰ pie: myr tus myrte. Excipitur unum ꝙ tam ī e q̄ in i facit uocatiuum: quāuis sit appellatiuum o filie uel fili. Liuius andronicus in odyssea. Pater noster saturni filie. Catullus . Tu pręter omnes decapilatis celtiberose cel tiberie fili. Terētianꝰ de ~~psilis~~ hic pus tubas sine fili & tu gener noua,

Cui
Huic
Aliusꝰ
Ei
Eidem
Cui. dissyllabū
Vultei. Dissyllabū
Filie & Fili
. syllabis
Cęsar
Cecilius
Virg
Hora
Iuue
Iuue
Albinꝰ
Hora.
Liuꝰ
Iuue
Terentianꝰ
Semignaria heroica

temi. Est autem quando nominatiuo quoq; terminato in us pro uocati uo siue metri siue euphonię causa utuntur. Virgilius in octauo. Corni ger hesperidum fluuius regnator aquarum. Lucanus in secūdo. Dege ner o populus uix sęcula longa decorum sic meruisse. Pluralis nomi natiuus & uocatiuus secundae declinationis tam masculini q̄ foemi nini generis in i finitur & est similis gēitiuo singulari: ut huiꝰ docti hi & o docti: huius platani hę & o platani. In neutris uero extremam i ge niriui singularis mutantes in a breuem facimus nominatiuum & accu satiuū & uocatiuū pluralē: ut huius tēpli hęc & o templa. huius munii hęc & o munia. Alii uero casus plales ī tribus generibus cōes possident regulam. Et genitiuus quidem pluralis fit ī omni genere ab ablatio sin gulari assumente rum: ut ab hoc uiro horum uirorum: ab hac platano harum platanorum: ab hoc templo horum templorum. Inueniuntur tamen per concisionē medię syllabę masculinorum plerunq; nominuꝫ: quę neutra non habent hunc casum proferentes maxime poetę. Est aūt apud ueteres ꝓsam scribentes idem inuenire sed raro. Virgilius in pri mo ęneidos. Id cęlo clamorq; uirum stridorq; rudentum ꝓ uirorum. Idē in tertio. Cura deum his pergameis erepte ruinis: ꝓ deorum. Idem in quinto. Genus alto sanguine diuum: ꝓ diuorum: numerūq; ꝓ numero rum: liberum quoq; pro liberorum: & sestertium pro sestertiorum: & iu gerum ꝓ iugerorum: modium ꝓ modiorum: medimnum senum septe num denum. Frequenter etiam oratores per syncopam solent ꝓferre Cicero in tertio uerrinarum. Iste unus inuentus est qui ex complexu pa rentum abreptos filios ad necem duceret: & parēntes precium pro se pultura posceret liberum ꝓ liberorum. In eodem. Cum asserat sestertiuꝫ uigies quingenta. In eodem. Quis enim qui tueri possit liberum pueri tiam contra improbitatem magistratuum? Idem in tertio uerrinarum. Et pueri annorum senum septenumq; denum senatorum nomen nō da ta sunt. senum ꝓ senorum: septenum ꝓ septenorum: denum ꝓ denoruꝫ: dixit. Idem in frumentaria. Sed tritici species medimnum & menem p bonis a rationibus tollit medimnū pro medimnorum. Idem in eodem. Minus te iugerum possessorem dico ꝓ iugerorum. Nam ꝙ singulare eius iugerum est ipse ostendit in eadem. In iugerum leontini agri me dimnum fere frumenti seritur. Dicitur tamen & hoc iugus iugeris. Iu uenalis. Iugeribus paucis lumbos donare clientis. Cicero in quarto uer rinarum. Q; si doceo iudices eos qui xl. milia modium lucri faciunt ꝓ modiorum. Idem ꝓ murena prefectum fabrum ꝓ fabrorum. Idem in p mo uarro. Deum fidem pro deorum. Idem pro cluentio. Milibus qua dragenis numerum pro numerorum. Idem ad berennium in tertio. Pedum tricenum ꝓ tricenorum. Frequentius tamen hac utitur Cicero

Virg
Luca.
Virg
Virg
Virg
Cicero
Cicero
Cicero

Et cęteri ſyncopa in eis nominibus quę numeros uel menſuras ſignifi
cant. Recuſant autem in maſculinis habentibus neutra uel in neutris
ne ſit ſimilis nominatiuo ſingulari neutrorum quanuis in is quoq; etiã
ex ſe faciunt neutra (licet non frequens) tamẽ uſus inuenitur huiuſcemo
di cõciſionis. Virgilius in viii. Altaq; certant prendere tecta manu ſo
ciumq; attingere dextras ꝓ ſociorum. Idem in decimo. At rutulum ac
ceſſu iuuenis tum iuſſa ſuperba: ꝓ rutulorum: quanuis & ſocius ſocia
ſocium: rutulus rutula rutulum dicatur. Terentius in eunu. Quare oẽs
uos oratos uolo ne plus iniquum poſſit q̃ equum oratio pro iniquoru;
& ęquorum. Statius in primo thebaidos. Illa nouos ibat populata pe-
nates. Porturum in biuio lateri duo corpora paruum ꝓ paruorum. Vir
gilius in tertio. Magnanimum heroum pueri innuptęq; puellę. Quod
in ꝓnominibus q̃q; fecerunt antiqui meũ ꝓ meorũ: tuum pro tuorum:
noſtrum ꝓ noſtrorum dicentes. Plautus in trinũmo. Vt rem paterna;
& gloriam maiorum fedarim meum. Idem in penulo. Et quod memi
niſti tuum parentum nomina. Ide; in menechmis. Auertit prędam ab
hoſtibus noſtru; ſalute ſociu;. ¶ Datiuus & ablatiuus ſecundę declina
tionis plurales fiunt ſimiliter ablatiuo ſingulari mutatione o finalis in
is longam: ut a uiro his & ab his uiris: a platano his & ab his platanis:
a templo his & ab his tẽplis. Inueniuntur pauca inęqualia: ut uas in
ſingulari numero tertię declinationis: hoc uas huius uaſis in plurali ſe
cundę uaſa uaſorum: his & ab his uaſis. Feſtoru; quoq; nomina dierũ
in a deſinentia ſemper pluralia genitiuum quide; tam ſecundu; formã
ſecundę q̃ tertię protulerunt. Datiuum uero & ablatiu; ſecundu;
tertiam: hęc uulcanalia horum uulcanalium & uulcanaliorु: his & ab
his uulcanalibus. Similiter ſaturnalia floralia cõpitalia terminalia quĩ
quatria. Similiter a domo domoru; & domuum his & ab his domibus:
non etiam domis. Iuuenalis in primo. Viſcera magnarum domu; do
miniq; futuri. Virgilius in ſecundo ęneidos. Dardanide contra turres
& tecta domoru; culmina conuellunt. Ide; in primo georgi. Domibus
cedrumq; cipreſſos. Saluſtius in catil. Domos ſuas gloria decora-
bant. Terentius in eunu Domiq; fociq; fac uiciſſim ut memineris. Vir
gilius in ſexto ęneidos. Hic labor ille domus & inextricabilis error. Per
omnes igitur caſus ta; ſecundę q̃ quartę inueniuntur abſq; datiuo & ab
latiuo qui ſemper in bus exeunt. Sunt tamen quęda; nomina quorũ ali
qui caſus in uſu deficiunt: quos quãuis ſecundu; analogiã poſſumus ꝓ
ferre tamen quia apud auctores non iuenimus recuſandos puto: ut hu
ius tabi huic & ab hoc tabo. Lucanus in ſexto. Stillantis tabi ſanie;. Vir
gilius in tertio ęneid. Et terram tabo maculant. Cęteri uero caſus in
uſu facile non inueniuntur. Mella uina ęra ordea maria: genitiuos qdẽ

Virg
Virg
Tere
Sta
Virg
plau
plau
plau

Datiuus & Ablatiuus plur.

Domuũ
Domorũ
Domibus
Domos
Domi
Domus

Iuue
Virg
Virg
Saluſt
Tere
Virg

Tabi
Tabo

Lucr

& datiuos plurales in uſu raro habẽt niſi apud uetuſtiſſimos apud q̃s
pręterea multa deficientia inuenies. Oportet igitur ſcire analogię ratio
nem: uſum tamen auctoru; magis ęmulari. Duo pręterea & ambo
genitiuos quidem & accuſatiuos ſecundu; hanc declinationẽ proferũt
amborum & duoru;: ambos & duos: quanuis in neutro differentię cau
ſa duum ſolet dici: necnon accuſatiuus maſculinorum eſt quando ſimi
lis nominatiuo profertur quomodo in neutris. Virgilius ĩ nono. Si duo
pręterea tales idea tuliſſet terra uiros. Lucanus. Quę mare quę terras
quę totum poſſidet orbem Nõ cępit fortuna duos. Iuuenalis in ſecũdo.
Tu ne duos una ſeuiſſima uipera coena: tu ne duos? datiuos & ablatios
in bus terminant ĩ omni genere duobus duabus duobus: ambobuſ am
babus ambobus. Accuſatiuus pluralis eiuſdem declinationis ĩ maſ
culino & in foemININO genere fit ab ablatiuo ſingulari addita s: ut ab
docto hos doctos: a platano has platanos. Neutra enim ſemper hoc ac
cuſatiuum ſimilem habent & nominatiuo & uocatiuo.

Virg
Lucr
Iuue

Duũ

¶ Accuſatiuus plu ralis

Tertia declinatio terminationes habet nominatiui lxxviii. uel
paulo plus: deſinit in a correptam & in e correptam & ĩ o cor
reptam & in o productam: in al correptam in el correptam
& in el productam in il correptam: in ol correptam: in ul correptam. In
an productam in an correptam: in en productam: in in productã: ĩ on
productã. In ar correptã in ar productã;: in ir correptam in or correptã
ĩ ur correptã ĩ ur productã;. In as correptã ĩ as productã: in es correptã
in es productã: in is correptã in is productã: in os correptam in os produ
ctam: in us correptam in us productam. In ys in aes in aus in ans ĩ ens
ĩ ons: utraq; in yns in ars in ers in ors in urs in uls in ems in ebs corre-
ptã in ebs productã. In obs in ybs in urbs in abs in eps in ips ĩ irps ĩ ops
In ax correptam in ax productam: in ix correptam in ix productam: in
ox correptam in ox productam: in ux correptam in ux productam.
In yx in aex in aux in alx in anx in ũnx in arx. In ac in ec in ut in ud.
¶ In a correptam neutra & gręca: ut poema huius poematis. ¶ In e cor-
reptam neutra latina: ut hoc monile huius monilis. ¶ In o correptam
quam frequenter & producunt poetę maſculina deſinunt uel foemini-
na uel communia latina uel notha: ut hic Cicero huius cicerõis: hic leo
huius leonis: hęc uirgo huius uirginis: hic & hęc homo huius hominis.
Antiquiſſimi tamen & gręca in o productam deſinentia ſecundum
hanc declinationem proferebant: ut ſappho ſapphõis: dido didonis.
¶ In al correptam maſculina & neutra latina & barbara: ut hic ſal huius
ſalis: hic hannibal huius hannibalis: hoc tribunal huius tribunalis.

A
E
O

Sapphonis
Didonis

Oportet scire Analogię rationẽ
Vsum tamẽ auctorę magis ęmulari

In el correptā neutra latina:ut h oc mel huius mellis : fel fellis. In el pro
ductam barbara:ut michael daniel: michaelis danielis : nechamel ne/
chamelis ⌈In il correptam masculini & foeminini & communis gene
ris sunt latina:ut hic pugil pugilis:hęc tanaql hui⁹ tanaqlis:hic & hęc
uigil huius uigilis. ⌈In ol productam masculinum latinum : ut hic sol
huius solis ⌈In ul correptam masculini uel communis latina:ut hic cō
sul huius consulis:hic & hęc exul huius exulis. ⌈In an productam mas
culina gręca:ut hic pęan huius pęanis ⌈In en correptam latina:mascu
lina uel neutra:ut hic flamen huius flaminis : hoc numen huius numi/
nis. ⌈In en ꝓductā gręca uel latina masculini uel foeminini generis:
ut hic lien huius lienis : hęc syren huius syrenis ⌈In in productā graeca
masculina uel foeminina:ut hic delphin huius delphinis. ⌈In on pro/
ductam gręca masculina uel foeminina:ut hic sidon huius sidonis:hic
mennon huius mennonis. ⌈In ar correptam latina & graeca barbara
masculini uel neutri generis:ut hic cęsar huius cęsaris: hic bostar huius
bostaris:hoc nectar huius nectaris:hoc calcar huius calcaris. ⌈In ar ꝓ
ductam latina masculini uel neutri uel communis generis & sunt mo/
nosyllaba & a monosyllabis cōposita:ut hic nar huius naris:hic & haec
& hoc par huius paris:hoc far huius farris ⌈In er correptaꝫ masculina
uel foemīna & neutra & communia:ut hic pater huius patris.haec ma
ter huius matris:hoc tuber huius tuberis.hic & hęc pauper huius pau/
peris. ⌈In er ꝓductam gręca masculina & unuꝫ latinū uel nothū neu
tri generis:ut hic aer huius aeris:hoc uer huius ueris. ⌈In ir correptam
unum neutrum ut hoc gadir huius gadiris:quidam addunt hic abadir
ὁ βέριλοσ huius abadiris:lapis quem pro ioue deuorauit saturnus:sed
in usu non inueni. ⌈In or correptam masculina & foemīna & neutra
& communia tam gręca q̄ latina:ut hic hector huius hectoris: hic ora/
tor huius oratoris . haec uxor huius uxoris:hoc ęquor huius ęquoris:hic
& hęc auctor huius auctoris:hic & hęc & hoc memor huius memoris.
Virgilius in quarto ęneidos Tum si quod non ęquo foedore amantes
Curę numen habet iustumq; memorq; precatur. Inueniuntur tamen &
hęc & omnia pene communia masculini & foeminini: quę etiaꝫ si nō
faciunt ex se neutra:sępe tamen etiam neutro adiunguntur : sed figura
te.ut Virgilius ī decimo.Italiam petiit fatis auctoribus esto. Et in bu
colicis.Pauperis & tuguri congestum cespite culmen.Et in sexto . Curi
bus paruis & paupere regno.Quāuis pluralis nominatiuus eorū idest
neutrorum. ex supradictis nominibus in usu frequēti non sit ex eis:quo
modo neq; ex aliis communibus duum generum . Naꝫ si sint cōmunia
trium generum: sine dubio masculini quidem & foeminini in es : neu
tri uero proferrent in a nominatiuum pluralem:ut hi & hę sapiētes &

Abadir

Cumfωoar

Virg

Virg
Virg
Virg

Orator . or · habꝫ correptam .
eadem ꝓ obliquis producitur .

hęc sapientia.Ergo hic & hęc & hoc sapiēs:hi & hę pares & hęc paria.
hic & hęc & hoc par:hi & hę ācipites & hęc ancipitia : hic & hęc & hoc
āceps:hi & hę felices & hęc felicia:hic & hęc & hoc felix:hi & hę ueterēs
& hęc uetera : hic & hęc & hoc uetus.Quę igitur ī plurali nūero, a ter/
minationē nō accipiunt quę ꝓpria est neutroruꝫ manifestum est trium
generum nō esse communia: sed masculini & foeminini: figurate tamē
per obliquos plerunq; casus:raro autē per nominatiuum coniungi etiā
neutris.ut Virgilius in nono. Nulla dies unq̄ memori uos ~~exuet~~ eximet ęuo.
Iuuenalis in quarto. Tituliq; cupido hęsuri saxis cinerum custodibus:
quanuis hic custos raro nisi figurate inuenias: & haec custodia pluralis
nemo dicat.Sic ergo neq; hęc memora uel auctora uel paupera neutra
liter puto facile in usu inueniri posse : sed sicut supra dictum est figu
rate sunt prolata;hęc:& alia plurima huiusmodi apud auctores. Inue
niuntur tamen quędam quę obliquos casus communes possident:q̄uis
nominatiuus non sit communis:ut plus. cuꝫ sit nominatiuus neutri dū
taxat:genitiuus eius communis est trium generum necnon datiuus &
ablatiuus. Vnde pluralia quoq; tam in es q̄ in a inueniuntur:hi & hę
plures & hęc pluria uel plura.unde compositum compluria. Terentius
in phormione.Multa aduenienti noua ut fit compluria. Ablatiu⁹ q̄q;
tam in e q̄ in i terminans inuenitur utpote communis trium generum
Et accusatiuus pluralis tam in es q̄ in is. Virgilius in secundo georgi.
Seu pluris calor ille uias & cęca relaxat spiramēta . Horatius in primo
epistolarum.Tractus uter pluris lepores uter educet apros. ⌈In ur cor
reptam latina masculina cōmunia & neutra:ut hic turtur huius turtu
ris:hic & haec augur huius auguris. Horatius in secundo sermonuꝫ.
Nisi fallit augur annosa cornix.hoc tibur huius tiburis. ⌈In ur produ
ctam unum inuenitur commune duum generum:ut hic & hęc fur hu/
ius furis. ⌈In as correptam graeca masculini uel foeminini uel neutri
uel communis generis:ut hic arcas proprium huius arcadis:hęc pallas
palladis:hoc ceras proprium loci huius ceradis:hic & hęc arcas gentile
huius arcadis. ⌈In as productam latina & gręca masculini uel foemi
nini uel neutri uel communis generis:ut hic atlas hui⁹ atlantis:hic me
cenas huius mecenatis: hęc ciuitas huius ciuitatis: hoc uas huius uasis:
hic & hęc capenas huius capenatis. ⌈In es correptam latina masculīa
uel foeminina uel communia duum uel trium generum : ut hic cocles
hui⁹ coclitis:hęc seges huius segetis:hic & hęc miles huius militis. Oui
dius in secundo metham.Miles erat phoebes. De calistone dicit hic &
hęc & hoc teres huius teretis. Virgilius ī sexto . Sed hęc tereti mos est
aptare flagello:hebes hebetis:sospes sospitis.Iuuēalis in tertio . Nec ūq̄
deposituꝫ tibi sospes erit:hic et hęc et hoc hospes huius hospitis. Lucan⁹

Quę in plurali termi
nationeꝫ ā nō habēt
cōmunia ·3· genere
non sunt

Virg
Iuue

Terenti⁹

pluria vel
plura

Virg
Hora
Hora

Ouid
Virg
Iuue
Lucan

in quinto. Hoſpes in externis audiuit curia tectis. hic hoſpes curia: inue
nitur & haec hoſpita. Virgilius in tertio ęneidos. Et pater anchiſes bel
lum o terra hoſpita portas. Similiter & ſoſpes & ſoſpita prolatum eſt.
Ouidius in ſecūdo faſtorum. Soſpita delubris dicitur aucta nouis.
Neutra quoq; ſupradictorum pluralia tradidit uſus. Statius in tertio
thebaidos. Accipias feſſiſq; libens iterum hoſpita pandas flumina ⌈In
es ꝓductam tam gręca q̃ latina maſculini uel foeminini uel commūis
generis: ut hic chremes hui? chremetiſ uel chremis: hic uerres huius uer
ris: hęc cędes huius cędis: hic & hęc hęres huius hęredis. ⌈In is corre
ptam tam gręca q̃ latina maſculini uel foeminini uel communis gene
ris: ut hic paris huius paridis uel paris: hic collis hui? collis: hęc thetis hu
ius thetidis: hęc cuſpis huius cuſpidis: hic & hęc utilis huius utilis ⌈In is
producta; gręca et latina maſculina uel foeminina uel communia: ut
hic delphis uel delphin huius delphinis: hic aris proprium huius arinis
Cicero pro ſcauro. Arinis uxorem: hęc ſoteris huius ſoterinis. Plautus
in uidularia. Immo id quod hic noſtra eſt patria & ęp hic meus ē pater:
illic autem ſoterinis eſt pater: hic dis proprium ideſt Pluto huius ditis
hic & hęc dis appellatiuum huius ditis: hęc uis huius uis: hic & hęc ſan
nis huius ſannitis ⌈In os correptam unum latinum neutrum hoc os of
ſis: quod etiam hoc oſſum antiqui protulerūt. Gellius in xxx. libro. Cal
uarięq; ei? ipſum oſſum expurgauerunt inauraueruntq;. ⌈In os produ
ctam gręca & latina maſculini uel foemini uel neutri ul' communis ge
neris: hic heros huius herois: hic nepos huius nepotis: hęc dos huius do
tis: hoc os huius oris: hic & hęc compos huius compotis. ⌈In us corre
ptam latina maſculini foeminini neutri uel communis duum uel triu;
genej: ut hic lepos huius leporis: hęc uenus huius ueneris: hoc tempus
huius temporis: hic & hęc lygus hui? lyguris: hic & hęc & hoc uetus: hu
ius ueteris. ⌈In us ꝓductā gręca ul' latina maſculina uel foeminina ul'
communia uel neutra: ut hic melampus huius melampodis: hic mus
huius muris. hęc ſeruitus huius ſeruitutis: hic & hęc ſus huius ſuis: hoc
tus hui? turis. ⌈In ys graeca maſculina uel foeminina: ut hic amphi
brachys huius amphibrachyis: hic capys huius capyis: hęc erinnys hu
ius erinnyis ⌈In es unum latinum maſculinum: ut hic pręs praedis: &
unū neutrum: ut hoc ęs huius ęris: cuius pluralium obliqui in raro ſunt
uſu ęra ęrum ęribus. Cato in oratione qua ī ſenatu ſuaſit: ut plura ęra
equeſtria fierent: nunc ego arbitror oportere reſtitui: quo minus duob?
milibus ducentis ſit ęrum equeſtrium In eodem. De ęribus equeſtri
bus de duobus milibus actum ⌈In aus latina duo foeminina: ut haec
laus huius laudis: hęc fraus huius fraudis. ⌈In ans latina maſculina ul'
communia duum uel trium generum: ut hic quadrans huius q̃drantis:

Virg
Ouid.
Stati?
Cicero
Plauti
Gelli?
Of
Oſſum
Aera
Aerū
Aeribuſ
Cato
Cato

dodrans dodrantis hic & hęc infans νήπιον huius infantis: hic & hęc
& hoc infans ἄφρητον huius infantis. Et amans quod nomen eſt cum
pro amatore accipitur amantis. Inuenitur etiam unum foemininum
hęc glans glandis. Sic enim Lucretius ut ſupradictu; eſt ꝓfert. Et Oui
Ouid. dius in xiiii. metham. Vt lata plumbea funda miſſa ſolet medio glās
intabeſcere cęlo. In ens latina uel maſculia uel foeminina uel cōmunia
duum uel trium generum: ut hic ufens huius ufentis: hic & hęc parens
huius parentis: hic & haec & hoc prudens huius prudentis. ⌈In ons
latina maſculina uel foeminia uel omnis generis: ut hic mons hui? mō
tis: hęc frons huius frontis: hic & hęc & hoc inſons huius inſontis: quod
Prob? ſolū teſte Probo o ante ns ~~habuerit~~ correptā & eius ſimplex ſons ſontis. ..hab&
⌈In uns ſimiliter latina maſculina: ut hic aruns huius aruntis. ⌈In yns
unum foemininum inuenitur gręcum: ut hęc tiryns huius tirynthis ⌈In
ars latina maſculina uel foeminina: ut hic mars martis: haec ars huius
artis. ⌈In ers latina omnis cōmunia generis hic & hęc & hoc iners hu
ius inertis. ⌈In ors latina maſculini uel foemininī uel omnis generis:
ut hic mauors mauortis: hęc cohors cohortis: hęc ſors ſortis: cuius nomi
Plau. natiuum protulit Plautus in caſina. Hęc ſortis. Videne qua inſit alia
ſortis ſub aqua: hic & hęc & hoc concors concordis. ⌈In urs latinū unu;
cōmune trium generum: hic & hęc & hoc tiburs tiburtis gentile. ⌈In
uls latinum unum foemininum hęc puls pultis. ⌈In ems quoq; unum
foemininum: hęc hiems hiemis. ⌈In abs gręca & latina maſculina &
foeminina: hic arabs hui? arabis: hęc trabs huius trabis. uetuſtiſſimi tñ
Ennii & trabes pro trabs proferebant. Ennius in medea. Vtinā ne ī nemore ἐκ τοῦ εὐριπίδου μηδ
pelio ſecuribus cęſa cecidiſſet in terrā abiegna trabes. ⌈In ebs ꝓductā
unum foemininum latinum: hęc plebs hui? plebis. dicitur tamē & hęc
Luca. plebes plebei. Lucanus in tertio. Neſcit plebes ieiuna timere. ⌈In obs foe
minina latina: ut hęc ſcobs huius ſcobis: hęc ſcrobs huius ſcrobis: ſic alii
Sed Probus nominatiuu; protulit ſimilem genitiuo: quod Plaut? maſ
plau. culio gñe profert ī amphitrione. Ibi ſcrobes effodito duplos ſexagenos ī
dies. ⌈In ebs correptam ut cęlebs cęlibis. ⌈In ybs unum maſculinum
ut calybs calybis. ⌈In urbs unum foemininum: ut hęc urbs urbis. ⌈In
aps unum foemininum: ut daps dapis: ſed nominatiuus non eſt in fre
Liui? quenti uſu quem Liuius andronicus in primo odyſſeę ponit. Quę hęc
Hora. daps eſt quis feſtus dies. Horatiuſ accuſatiuum protulit in ſecundo car
minum. Ergo obligatam redde Ioui dapem. Idem in .iiii. Nunc in
Hora. reluctantes dracones egit amor dapis atq; pugnę. Idem in epodo muta
te dapis immemori ſpectaculo ⌈In eps maſculia & oīs: ut hic manceps
Varro huius mancipis. hic & hęc & hoc particeps huius partipis adeps uel a
dipes utroq; genere inuenitur. Varro in ſecundo ruſticarum rerum.

Sortis In nomi.
Dapſ

Adipes illa

Opſ
Copſ.

Actius

Plau.

Abax · Abacis
Abacus · 1 ·

Adipes illa. ⌈In ops unum foemininum ut hęc ops. Vtuſtiſſimi tñ hic & hęc & hoc ops nomen matris deorum & copia. Eius quoq; nomi natiuus in uſu frequenti non eſt: ſed illius quod ex eo componitur com mune omnis generis hic & hęc & hoc inops. Vetuſtiſſimi tamē hic & hęc & hoc ops & cops pro opulentus & copioſus dicebant. Actius de hercule dicens:quorum genitor fertur eſſe ops gentibus pro opem ferēs & auxilium gentibus.Sic caper. Poteſt tamē etiam foemININO genere hic intelligi figurate coniunctum maſculino:ut ſi dixiſſet:quorum ge nitor auxilium fuit gentibus:tamen nominatiuo eius uſus eſt. Plautus in ciſtelaria.Ita me ſaturnus eius patruus & caſtor pater:ita me opus o pulenta illius auia:immo mater quidem. Et gręca hic pelops huius pe lopis hydrops hydropis merops meropis. ⌈In yps gręca cynips cinypis ⌈In irps latinum unum ſtirps ſtirpis ⌈In ax correptam latina gręca:hęc fax huius facis:hic abax huius abacis: quod tamen hic abacus huius a baci frequenter inuenitur. ⌈In ax productam gręca & latina maſculi na & foemīna & omnis:ut hic pheax huiꝰ pheacis: hęc pax huius pacis hic & hęc & hoc audax huius audacis. ⌈In es correptam gręca & latīa maſculina uel foemININA uel communia trium generum: ut hic lelex huius lelegis:hic grex huiuſ gręgiſ:hęc ilex huiuſ ilicis:hic & hęc & hoc artifex huius artificis. ⌈In ex productam latina maſculina uel foemi nina uel communia trium generum:ut hic rex huius regis:hęc lex huiꝰ legis:hic & hęc & hoc exlex huius exlegis. ⌈In ix productam latina maſculina uel foemīna uel communia trium generum:ut hic phoenix huius phoenicis:hęc cornix cornicis:hic & hęc & hoc felix. ⌈In ix cor rreptam latina maſculina uel foemININA:ut hic calix huius calicis: hęc nix huius niuis.Oportet autem ſcire q̃ gręci i & y ante breuem eſſe uo lunt etiam ſi in obliquis caſibus pducatur:ut phoenix phoenicos:φόι βιξ φόιβικοσ. A uero ſecun dum genitiuum etiam in nominatiuo porduci uel corripi dicunt:ut κόλαξ κολακοσ.corripitur in nomina tiuo:quomodo in genitiuo phęax phęacos ī utroq; producitur:latini au tem omnes uocales bitempores διχρόνουσ habentes ad genitiuum reſpicientes dicunt produci uel corripi uocales ante x poſitas ī nomina tiuo. ⌈Inueniuntur igitur in ix productam latina:ut oſtendi foemini na uel omnis: ut hęc nutrix nutricis:hic & hęc & hoc pernix huius per nicis. ⌈In ox correptam foemININUM nox noctis:& ex hoc compoſi tum commune hic & haec & hoc pernox pernoctis.Iuuenalis in tertio Si luditur alea pernox. ⌈In ox productam foemININUM uel omnis: ut hęc uox uocis:hic & hęc & hoc uelox uelocis:atrox atrocis ⌈In ux corrptā maſculina uel foemīna uel communia:ut hic uolux:hęc nux nucis: hic & hęc dux huius ducis. ⌈In ux pductam maſculinū hic polux polucis

¶ i. & y. ante x. gręci breuem eſſe volunt etiam ſi in obliquiſ caſibus ~~corr~~ producatur. Latini autem ad genitiuū reſpicienteſ dicunt produci vel corripi vocaleſ ante x. poſitaſ in nominatiuo. ~ .

i. x.

Iuue

foemININUM hęc lux lucis. ⌈In yx gręca tam maſculina q̃ foemīna :ut hic ſandyx ſandycis:hęc ſtyx ſtygis ⌈In ex foemININUM:ut fex fecis. ⌈In aux unum foemININUM:hęc faux huius faucis ⌈In alx unum foemi ninum:ut falx falcis. ⌈In anx unum foemininuꝫ lanx lancis. ⌈In unx unum commune hic & hęc coniunx huius coniugis. ⌈In arx unum foe mininum hęc arx arcis. ⌈In ac unum neutrum hoc lac lactis. ⌈In ec unum neutrum hoc allec huius allecis ⌈In ut unum neutrū hoc caput capitis. ⌈In ud bogud bogudis.Et hę quidem terminationes nomina tiui tertię declinationis.

¶De genitiuo tertię declinationis

GEnitiuus uero eius in is deſinit correptam excepto uno mono ſyllabo:hęc uis huius uis: q̃uis omnes alię declinationes pdu cant eiuſdē caſus terminatiōes ⌈Oportet autem ſcire q̃ ī q̃buſ dam pares habeat genitiuus tertię ſuo nominatiuo ſyllabas: in quibuſ dam una:in aliis duabus ſyllabis uincat. & pares quidem habet in om nibus in e deſinentibus correptam:ut hoc mare huius maris: hoc mo nile huius monilis.Et in quibuſdam in er uel in es productam.uel in is tam correptam q̃ productam exeuntibus:ut hic pater huius patris:hic uerres huius uerris:hęc cędes huius cędis:hic collis huius collis:hęc auis huius auis:hęc uis huius uis.In aliis autem omnibus eiuſdem declinati onis nominibus una ſyllaba ſuperat nominatiuum gēitiuus:ut ſchema ſchematis:cicero ciceronis:conſul conſulis:pecten pectinis: baccar bac caris:lis litis:apex apicis.Excipitur hęc caro carnis:in quo pares habet ſyllabas nominatiuus & genitiuus.Inueniuntur tamen ueteres qui gēi tiuo nominatiuum ſimilem ptulerunt:ſenex ſenis.ſupellex ſupellectil: in quo duabus ſyllabis uincit nominatiuum genitiuus huius quoq; no minatiuū quidam ſimilem genitiuo protulerunt.Et omnia quę a capi te compoſita in ps deſinunt:ſi militer habent duabus ſyllabis genitiuū ſuperantem:anceps ancipitis:biceps bicipitis. Quę ueteres in es profe rentes ſecundum regulam declinabant:ancipes ancipitis:ſicut hoſpes hoſpitis:ſoſpes ſoſpitis.Iuniores uero gaudentes breuiloquio per circū ciſionem ea protulerunt:quod in aliis dictionibus feciſſe inueniuntur: ut dic duc fac fer:pro dice duce face fere. Necnon etiam uocatiuo in ius terminantiū proprium:ut uirgili terenti: pro uirgilie terente dicentes: de quibus iam docuimus ⌈penultima uero eius declinationis ī q̃buſdaꝫ producitur:in quibuſdam corripitur: producitur quidem in his quorū nominatiuus in longam deſinit ſyllabam ſeu natura ſeu poſitiōe: ut ſol

ſolis:titan titanis:delphin delphinis:fur furis:mecenas mecenatis:mer
ces mercedis:ſamnis ſamnitis: crenis proprium nomen nymphę creni
dis:os oris:mus muris:prę prędis:uas uaſis:laus laudis: ĩfans infantis:
aruns aruntis:iners inertis:uecors uecordis:puls pultis:allec alecis. Exci
piuntur in on deſinentia gręca & in o tam latina q̃ notba:quę tam ꝓdu
cere q̃ corripere in nominatiuo licet: haec enim uocalis ideſt o quanuis
in nominatiuo producatur:ſed tamen in genitiuo non ſemper produci
tur penultima:ſed in quibuſdam:ĩ aliis autem corripitur.Quãdo autẽ
corripitur uel quando producitur cum de nominatiuo & genitiuo expo
ſuimus dictum eſt.Prętera corripiunt prędictam penultimam in ms
uel ps uel bs uel x deſinentia : ſi uocalem breuem ante eas conſonantes
habuerint:ut haec hiems hiemis: manceps mancipis:celebs celibis: fax
facis:artifex artificis.Necnon producentia terminationem nominatiui
corripiunt penultimam genitiui:ut hic & haec & hoc par huius paris:
lar laris:uas uaſis:pes pedis:ceres cereris : compos compotis : bos bouis:
ſus ſuis:grus gruis. Corripientia quoq; nominatiuum in quibuſdã cor/
ripiunt penultimam genitiui:in quibuſdam producunt: producunt in
al in el neutra:& in ar ſimiliter neutra deriuata : ut hoc tribunal huius
tribũalis:ceruical ceruicalis:mel mellis: fel fellis:calcar calcaris: lacunar
lacunaris : lucar lucaris. In or quoq; deſinentia alia producunt alia
corripiunt penultimã genitiui: ꝓducũt ut hic curſor huius curſoris: hic
& haec auctor huius auctoris. Corripiunt hic hector huius hecto
ris:hęc arbor huius arboris:hic & hęc memor huius memoris . Quãdo
autẽ producũt & quando corripiũt cũ de nominatiuo tractabam⁹ oſtẽ
dimus.Alia uero omnia quę terminationẽ corripiũt nominatiui:ſimi
liter penultimã genitiui corripiunt:ut toreuma toreumatis : hannibal
hannibalis:uigil uigilis:cornicen cornicinis:agger aggeris:uetus ueteriſ
caput capitis:excipitur inquies inquietis : quod ſimplicis declinationeꝫ
ſeruauit in compoſitione:quanuis corripiat extremitatem nominatiui.
Similiter os oſſis & lac lactis. quod quibuſdam placet in nominatiuo
per apocopam te proferri:hoc lacte enim dicebant antiqui

¶ De datiuo ſingulari tertię declinationis.

DAtiuus tertię declinationis naſcitur a genitiuo abiecta s & ꝓ
ducta i:ut ſchema ſchematis ſchemati: huius maris huic mari
huius ciceronis huic ciceroni. Inueniuntur tamen poetę rariſſi
mi ĩ gręcis quę apud gręcos in i correptam terminant ſupradictũ caſuꝫ

¶ Producentia terminationem nominatiui Corripiunt penultimã genitiui · Corripientia quoqꝫ nominatiuũ ꝓ quibuſdã Corripiunt penultimã genitiui ꝓ quibuſdã producunt · 1

Stati⁹ ipſi quoq; eum corripientes. Statius ĩ primõ achilleid. Palladi littoreę
celebrabat ſcyrus honorum.

¶ De accuſatiuo.

ACcuſatiuus fit ſupradictę declinationis is genitiui modo ĩ em
modo in im conuerſa:ut huius ſolis hunc ſolem:huius flaminis
hunc flaminem:huius regis hunc regem:huius tyberis hunc ty
berim: huius araris hunc ararim. In una tamen terminatione ideſt is
deſinentium qui ſimilem habent genitiuum nominatiuo: inueniũtur
quędam nomina accuſatiuum in im terminantia. Sunt autem hęc ple
runq; gręca uel propria quę accuſatiui gręci n in m conuertentia faciũt
accuſatiuum latinum:ut tybris tybrim:fabaris fabarim:tyberis tyberim:
araris ararim. Nã nõ poterit ab alio nominatiuo ut diximus niſi in is
deſinente in im accuſatiuus proferri: ergo arar per apocopam is protu
Luca. lit Lucanus in ſexto.Rhodanumq; morantem precipitauit arar:hęc ne
Virg. apolis neapolim:charybdis charybdim. Virgilius ĩ iii. Leucaſpim & ly
Virg. cie ductorem claſſis orõtem.Idem ĩ viii. A quo poſt itali fluuium cogno
Virg. mine tyberim diximus.Idẽ ĩ octauo. Qui tyberim falarumq; bibunt.
Mephitis quoq; qd ꝓpriũ & a gręco μεσήτησ ut quibuſdam uideꝫ
Virg. mutatione s in ph tranſlatum rationabiliter in im fecit accuſatiuum.
Virg. Virgilius in ſeptimo.Sęuamq; exhalat opaca mephitim.Idem ĩ nono
Virg. Immanem ueluti pecora inter inertia tigrim.Idẽ in undecimo. Velo/
Virg. ces interea ſuperis in ſedibus opim. Alpis cum ſemper plurale ſit quo/
modo ſyrtis:tamen & ſingulariter hoc quomodo illud inuenitur a poe
tis ꝓlatum & in em terminans accuſatiuum alpem cum illud ſyrtim fa
Lura ciat. Lucanus in primo. Tunc inter rhenum populos alpemq; iacẽtes
Luca Idẽ ĩ tertio. Agmine nubiferam rapto ſuper euolat alpem. Iuuenalis in
Iuue iii. Tranſilit oppoſuit natura alpemq; niuẽq;. Lucanus ĩ octauo. Trãſ
Lura pharon in medio tangit ratis equore ſyrtim. Idem in primo. Dubiam
Lura ſuper equora ſyrtim. Prętera inueniuntur latina in im terminantia ac
cuſatiuum hęc:hanc turrim burim ſecurim puppim ſitim reſtim uim
Virg peluim tuſſim maguderim tiburim. Virgilius in ſecundo eneidos.
Virg Turrim in prącipiti ſtantem ſummiſq; ſub aſtra.Idem ĩ primo georgi.
Continuo in ſiluis magna ui flexa domatur.In burim.Et curui formaꝫ
Virg accipit ulmus aratri.Idem in ſecundo eneidos. Taurus & incertã excuſ
Virg ſit ceruice ſecurim.Idem in primo. Ingens a uertice pontus in puppim
Virg ferit.Idem in bucolicis.Dulcis aq̃ ſaliẽte ſitim reſtiguere riuo. Terẽtius
Teren.

Accuſatiuus In · m ·

Alpis
Syrtis

Turrim
Burim
Securim
puppim
Sitim

in eunucho. Ad restim mihi quidem res redit planissime. Virgilius in sexto. Nec uiȝ tela ferunt: licet ingens ianitor orci. Plautus in rudẽte Seu tibi confidis fore multam maguderiȝ: quod significat frugis genus idest caulis qui nascitur ex parte cuius radix sirpis auellitur: uel ut alii uolunt siliginem. Quorundã tamen ex eis etiam in em inuenitur accusatiuus: ut Lucanus in tertio. In puppem rediere rates Virgilius ĩ undecimo. Telaq; & ęratam quatiens tarpeia securem. Iuuenalis in iiii. Descendunt statuę restemq; sequuntur. Cętera uero supradictę declinationis in em solam proferunt accusatiuum: ut hunc patrem: ut hunc leporẽ & hanc uallem: & hunc & hanc utilẽ. In gręcis autem frequẽter inuenimus auctores tam in hac q̃ in aliis declinationibus plerunq; graecos seruantes accusatiuos: ut titana sirena thoraca lampada: pro titanem sirenem thoracem lampadem. Quamuis Plautus hanc lampadã dixit in cassina. Tene lampadam: immo ego hanc tenebo.

Restis
Vim
Maguderim
puppem
securem
Restem
Lampadam
Virg
plau
Lucā
Virg
Iuuē
Plau

De Vocatiuo singulari tertię declinationis.

Vocatiuus in tertia declinatione similis est nominatiuo: ut hic cicero o cicero: hic consul o consul: hic rhetor o rhetor. Inueniuntur tñ gręca quę uocatiuum seruant: ut tybris o tybri: thebais o thebai: palas o pala. Virgilius in x. Da nunc tybri pater ferrum quod missile libro. Idẽ in eodẽ. Teq; iuuat pala: sed bellis acer alesus Idem in undecimo. Quin ego non alio digner te funere pala. Ouidius in secundo fastorum. Care nepos pala funesta quid induis arma: ĩ quo Homerum secutus est. Ille enim. G. Statius ĩ xii thebaidos. O mihi bissenos longum uigilata per annos thebai.

Tybri
Thebai
Pala
Virg
Virg
Virg
Ouid
Stati

7

De ablatiuo singulari tertię declinationis.

Idem in tertio georgicorum. Vritq; uidendo Foemina:nec nemorum patitur meminisse:nec herbę:passiue protulit. Et uidēdo perit actiue: idest dum uidet. Q, autem hęc quoq; nomina sunt ostēdit prępositio: quę freqūter inuenitur:ut supra diximus:tam āte accusatiuum q̄ ante ablatiuum eorum casum. Ad uenādum & in uenādo. In neutris uero & in deponentibus:quomodo supra dictum est simplices habēt significationes. Impersonale autem hanc habet differentiam ad īfinitum: q̄ īfinitus altero uerbo finito omnimodo eget. Impersonale uero actum quidem perfectū significat per omnes modos: persona uero sola deficit:quę si addatur perfecti uice fungitur uerbi per omnes quomodo diximus modos. Per indicatiuum:ut curritur a me pro curro. Imperatiuum curratur a te:pro curre. Optatiuum utinam curreretur a te:pro utinam curreres. Subiunctiuum. ut curratur a te:pro curras. Infinitiuum curri a te oportet: q̄ currere te oportet. Hoc autem interest inter infinitiuum passiuum. & infinitiuum q̄ fit ab impersonalibus:quę nascunt a uerbis actiuis: q̄ infinitiuus passiui uerbo eget solo ad perfectam significationem: vt amari uolo. φιλεῖσθαι βούλομαι. Infinitiuus uero impersonalis nō solum uerbo:sed etiā ablatiuo casu per se indiget absq; accusatiuo. q̄ si ad eum reddatur accusatiui infinitiuum:necesse est eum passiuum intelligi: ut amari a me uolo filiū Sępe etiam nō positus superaddit accusatiuus. vt si dicam doceri a te uolo:& subaudias me.

Virg

Differentia inter impersonale & infinitum

Impersonalia quę nascuntur a Verbis actiuis

De Coniugatione temporum.

Quoniam igit de singulorum temporib9 modorum:quę memorię occurreret disseruim9 de cognatione temporum deinde tractemus. Est enim quędam cognatio prędētis quidem temporis cum prętęrito imperfecto & futuro:prętęriti ꝯo perfecti prętęrito plusq̄ perfecto. Prędens tempus proprie dicit cui9 pars prętęriit:pars futura est Cum enim tempus fluuii more instabili uoluatur cursu: uix pūctum habere potest ī prędenti:hoc est in instāti. Maxima igit pars ei9 sicut dictuz est uel prętęriit:uel futura est:excepto sum uerbo:qd ὑπαρκτικόν gręci uocant:quod nos possum9 substātiuum nominare. Id enim semper est omniū perfectissimnm cui nihil deest. Itaq; prętęriti quoq; perfecti uim habet:quod ostēdit quādo participiis prętęriti coniūctū, officio fungitur prętęriti per passiuorum declinationem:uel similium passiuis. Similem huic uim habēt etiam uocatiua. vt Priscianus uocor nominor dicor nuncupor appellor. Alia autem uerba prędētis sicut diximus inter prętęritum & futurum sunt. Exempli causa. Si incipiam uersum aliquem scribere:& dico scribo uersum dum adhuc ad finem non peruenero:& cum pars ei9 iam scripta sit:pars autem scribēda. Ergo prędens tempus hoc solem9 dicere: q̄ contineat & coniungat quasi pūcto aliquo iūcturam prętęriti tēporis:& futuri:nulla ītercessione īterueniēte. Vnde stoici iure hoc tēpus

Prędens

Verba denotantia quomodo omnigniszz appellatur.

8

prędēs etiam imperfectum uocabāt:ut dictū est:eo q̄ prior pars ei9 quę prętęriit trāsacta est. Deest autem sequēs:idest futura:vt si in medio uersu dicam:scribo uersum priore ei9 parte scripta:cui adhuc deest extrema pars prędēti utor uerbo:dicēdo scribo uersum:sed imperfectū est qd deest adhuc uersui qd scribes. Ex hoc igit:idest prędēti nascit prętęritum imperfectum cū non ad finem perferim9 ī prędēti id quod īcepim9:ut in eodez exemplo maneam9:si īcipiam scribere:& imperfectū eū relīquam: tunc utor prętęrito imperfecto dicēs:scribebam uersum. Ex eodem:idest prędē te nascit etiam perfectū. Si enim perueniat ad finem prędēs inceptuz statim utimur prętęrito perfecto. Cōtinuo enim scripto ad finem uersu dico scripsi uersum. Et sciēdū q̄ plerūq; uel litteras quasdam:uel syllabarū tempora mutat prętęritum perfectū:& uel pares habet cum eo uel minores: uel ampliores syllabas: vt lego legi. doceo docui. facio feci. sedeo sedi. domo domui. Ex eo iterum idest prętęrito perfecto nascit plusq̄ perfectū si iuteraueritres a nobis perfecta. Mox enim scripto uersu receti adhuc perfectione dico scripsi uersum propria significatione. Sin dudum perfectū sit īcipit trāsire ī plusq̄ perfectum. Ita scripseram proprie de hoc dicimus. Sciēdū tamē q̄ Romani prętęrito perfecto non solum in re completa modo utuntur:in quo uim habet eius quod apud grękos παρακείμενοσ uocatur:quem stoici τέλειον ἐνεςῶτα nominauerunt:sed etiaz pro ἀορίςου accipitur:quod tempus apud grękos tam modo perfectarem q̄ multo ante significare potest. Sed sicut apud illos infinitum tempus adiectione τοῦ ὅρτι τȣ ἄςερητȣ aduerbii τὸν πάρακείμενον. i. adiacens temp9 & adiectione ὑπερσυντέλικον: idest plusq̄ perfectū Sic apud nos hoc idem est:idest prętęritum perfectum: potest & modo: & multo ante intelligi perfectum: & apud auctores hoc exēplis approbatur. Euādēr enim apud Virgilium in octauo de matre sua dicit. Cecinit quę prima futuros Aeneadas magnos & nobile palāteum. cecinit dixit pro cecinerat. Multo enim ante illam cecinisse intelligit:& ipse poeta ex sua persona. Troię qui primus ab oris Italiā fato profugus: lauinaq; uenit Littora:uenit posuit, p uenerat. hic enim quoq; multo ante ītelligit uenisse Aeneam ad Italiam. Ergo proprie si quis contempletur uim prętęriti non aliam significationem iudicēt hoc hēre: q̄ illud quod apud grękos ἀόρίςον uocāt. Hoc aūt differt a plusq̄ perfecto: q̄ illud per se prolatum non eget aduerbio pridem:quod habet in se naturaliter: nisi si uelimus explanādę quātitatis causa temporis addere ante quot dies uel ānos nec licet illi modo uel nuper aduerbia adiūgere. Prętęritū ꝯo perfectum ad manifestandam significationem eget modo uel pridem aduerbiis. Futurum ex prędēti nascitur. Quippe cum prędens medium sit prętęriti: & futuri. Itaq; consonātes prędentis seruat tam prętęritum imperfectum q̄ futurum: vt dico dicebam dicam. Prętęriti uero perfecti cōsonātes seruat

Virg.

Virg.

Preteritū impfectū

De plusq̄mpfecto

Aoristus apud grękos tā modo pfectam rē q̄z multo ante significare potest

Plusq̄mpfectū resolvitur p aoristū adiectione τοῦ πάλαι

Aoristus idē q̄ apud nos prętęritū pfectum

Differentia inter prętęritū pfectū & plusq̄ pfectum.

plusq̃ pfectum:ut dixi dixeram.Sed tamẽ in subiunctiuo modo futurũ quoq; pręteriti pfecti seruat consonantes:vt dixi dixero:quod nõ sine ratione euenire uidet.Nam futuro quoq; tempori cognatio est cum pręteri to pfecto:quam ad infinitatem temporis:hoc est ad ἄορισον .Sicut enim pręteritum pfectum uel modo uel pauloante possumus intelligere: sic et futurum uel mox:uel multo post possumus intelligere futurũ: vt si dicam scribam uel scripsero :incertum futuri temporis spatium mõstro.Nec mirum cum ĩ nominib? quoq; comparatiuis si dicam fortior incertum ẽ utrũ multo an paruo superet illum ad quem comparat.habet igitur affinitatem:sicut ostẽdim? cum pręsenti futurum:quod pręsens medium est inter pręteritum impfectum & futurum.Cum pręterito uero pfecto :quia incertum significat temporis spatium.Cum igitur in aliis modis pręsentis sicut dictum est consonantes seruat futurũ in subiunctio pręteriti pfecti regulam sequitur:ostendens cum eo quoq; se habere iura affinitatis. Idq; ex participiis maxime possumus conicere:quę in pręterito non finiũt spatium temporis pręteriti:breue sit an lõgum.Si enim dicam amatus uel locutus:incertum est utrum modo uel multo ante.Similiter in futuro amaturus locuturus:mox an multo post incertum est.Ideo ĩ plerisq; uerbis ex pręterito fit futurum:ut amatus amatur?.habitus habiturus.locutus locuturus.auditus auditurus.Diximus autem in plerisq; quia neutra pręteriti temporis pleraq; carẽt participio:sed quia ad pręsens quoq; ẽ ei cognatio:fit etiam a pręseti futurum :vt amans amãdus.docens docẽd?. loquẽs loquẽdus.audiens audiẽdus. Sed tamen sciendum q̃ omnia huiusce modi formę participia:idest in dus desinentia etiam nomina esse possũt Confirmat autem supradictam rationem cognationis temporum etiam anomalorum:idest inęqualium declinatio.In qua ex pręsenti fit pręteritũ imperfectum:& futurum in omni modo absq; subiunctiuo :vt fero ferebam feram ferrem.Ex pręterito uero perfecto tuli tuleram tulerim tulissem:& futurum subiunctiui tulero.In participiis quoq; ex pręterito passiui nascitur futurum actiui:vt latus laturus.Ex pręsenti actiuo futurum passiui:ut ferens ferẽdus.Sed q̃uis penitus mutent in quibusdam anomalis uerbis supradicta tempora omnes syllabas :significatio tamen ĩtegra manet eorum & cognatio temporum:vt sum eram ero. Nec mirum e cũ in aliis quoq; partibus orationis hoc iueniatur:ut cognata significatio ĩ diuersis inueniatur uocibus:vtputa in nominibus:pater masculinum est: cuius foemininum mater.Similiter frater:soror.patruus amita.auuncul? matertera.Bonus eius comparatiuus melior:superlatiuus optimus. Iuppiter eius genitiuus iouis:quantum ad usum iuniorum.ego eius genitiu? mei.Et ex contrario sępe significatio diuersa in similibus inuenit uocib?: vt liber libra.fiber fibra.belenus belena.tullius tullia.Propria enim noĩa non sunt naturaliter mobilia:sed ex sese nascunt.Sicut etiam supradicta

Propria nomina non sunt naturaliter mobilia sed ex se se nascuntur.

appellatiuorum foeminina nõ sũt a masculinis orta:sed a se natã.Q̃uis similem mobilib? habeãt formam.Illud quoq; comprobat cognationem temporũ q̃ infinita uerba a pręterito tempore habent etiam futuri ratõem dixisse dictum ire:lęsisse lęsum ire:mersisse mersum ire: fluxisse fluxum ire.Sicut enim participia pręteriti temporis rationem regulę sumũt a uerbo pręteriti perfecti:sic eorum formam sequitur ĩfinitum futuri.Infinita autem nomina sunt:ut dictum est ab eo q̃ carent significatione diffinita tam numerorum q̃ personarum.Sic neutra quoq; nomina appellam? ab eo q̃ carent utroq; genẽ.Defectiua pręteriti tẽporis perfecti & plusq̃ perfecti:necnõ etiam futuri subiunctiui :quia ex supradictis nascit tem poribus sunt in sco desinentia incboatiua .Nec meditatiuorum tamen supradicta tempora memini me inuenisse:ut feruesco.calesco.borresco . tepesco.esurio .lecturio.micturio.parturio.Sunt alia ꝓba quibus desunt diuersa tempora usu deficiente non ratione significationis. Et quib? deest pręteritum perfectum & omnia quę ex eo nascuntur: vt sisto tollo ferio aio furo:quod Varro ponit .Ergo aliorum uerborum perfectis quę uidẽtur eandem significationem habere pro bis utimur in quibus inuenim? ut percutio percussi.statuo statui.ferio percussi.sisto statui:uel ut quidam steti:quod est a sto.Sed Iuuenalis in tertio.Gaudẽres foedo peregrina ad pulpita cantu Prostitui:pro prosisti.Sustulo antique sustuli.tollo sustuli suffero sustuli. Tollo antique tuli:fero tuli.insanio insaniui:furio insaniui meto etiam quidam messui:quidam messem feci:sed usus uetustissimorum messui comprobat.Quod cũm de pręterito tractabimus ostendet. Cerno creui:& cresco creui apud uetustissimos iuenit. A moereo unde moeror merui debet facere:sed in usu non est moerui : sed moestus sum. Mando mandis eius pręteritum perfectum quidam mandi:alii mãdui alii mãdidi esse uoluerunt.Liuius in odyssea.Cum socios nostros mandisset impius cyclops.A strido quoq; alii stridui:alii stridi protulerunt. Ennius in duodecimo annalium.Missaq; per pectus dum transit stridorat basta.In passiuis & communibus & deponentibus:idest in omnibus uerbis in or terminantibus desunt tempora pręterita perfecta:& omnia quę ex bis nascuntur.Participia tamen coniuncta uerbo substantiuo : & omni eius temporis:eorum uice funguntur.Quod gręci quoq; solent facere in multis uerbis pręteriti perfecti & plusq̃ perfecti : & maxime in modo optatiuo:& subiunctiuo τετυμμένοι εἰσί.τετυμμένοι ἦ σανιὸρὶϛικά ὑποτακτικά τετυμμένοσ ἐάν ὦ.ἦσ ἦ τετυμμενῶ. ἐάν.ἦ τόν.ἦ τουτε τετυμμένοι ἐάν ὦμεν ἦ τε.ὦσιν εὐκτικά. τετυμμένοσ.εἴην.εἴησ.εἴη.τετυμμένω εἴητον εἰήτυν τετυμμένοι εἴημεν εἴητε εἴη σαν:vt fuissent.Sed cum apud gręcos pene innumerabilia sint uerba:quę uel litterarum inconsonantia:uel regularum quibusdã rationibus impediantur uel usũ :ut habeant declinationem plenam per

In sco desinentia incohatiua

Meditatiua verba

Iuuena

Prostitui pro prosi

Liuius

Neutropassiua

Gaudeo	gauisus sum
Audeo	Ausus sum
Soleo	Solitus sum
Fido	Fisus sum
Fio	factus sum

omnia tempora apud nos hoc paucа patiuntur.Inueniuntur tamen in o desinētia:sed non multa in quibus pręteritum perfectum per participiū solet demonstrari:quę neutropassiua artium scriptores nomināt.Sūt aūt hęc sola:gaudeo gauisus sum.audeo ausus sum.soleo solit9 sum.fido fisus sum.fio fact9 sum.Quorū tamē ātiquissimi solebāt & pręteritū perfectū proferre hoc modo .gaudeo gauisi.audeo ausi.soleo solui.fido fisi.fio fii. ſ; nūc his nō utimur. Sūt uerba quib9 desūt & tempora & personę:ut fo/res foret forēt fore.cedo.infit.Cui9 Varro in mēsurabilib9 primā ponit personam infio.Aio quoq; pręterito perfecto deficit Inquio etiam in mł/tis uerbū deficit.Item impersonalia uerba quę ex se nascunt deficiunt per tempus futurum in modo infinito:vt poenitete poenituisse .pudere pu/duisse:q̄uis antiqui puditū ire dicebāt:& pudit9 participium. Plaut9 in bacchidib9.Neq; me neq; te tui intus puditū est factis quę facis.Necnon metuere metuisse deficit futuro:& timere timuisse.latere latuisse . appa/rere apparuisse.obedire obedisse.& pleraq; neutra secundę cōiugationis. horrere horruisse.tepere tepuisse.rubere rubuisse pauere pauisse. Inchoa/tiuo; quoq; & meditatiuo; in ifinitis non solū pręteritū:sed etiam futu; tempus deficit.horescere.tepescere.feruescere.parturire.esurire.lecturire. Necnō perfecta si sint eiusdem formę inchoatiuorū plerūq; deficiūt futu ro:vt discere didicisse:poscere poposcisse.compesco compescuisse. Quo/niam de deficiētib9 per tempora sufficienter dictum est: nunc de modis tractemus.

Plautus

De Modis.

Modi

Modi sunt diuersę inclinatōes animi uarios eius affectus demon strātes.Sūt aūtem quinq;.Indicatiuus siue diffinitus . Imperati/uus.Optatiuus.Cōiūctiu9 uel subiūctiu9.Infinitiuus . Indicati/uus quo indicam9:uel diffinim9 quid agit a nobis:uel ab aliis:q ideo pri/mus ponit:quia perfectus est in omnibus tam personis q̄ temporibus . Et quia ex ipo omnes modi accipiūt regulam & deriuatiua nomina:siue uerba uel participia ex hoc nascunt:ut duco ducens duxi duct9 dux.rego regēs rexi rectus rex.ferueo feruēs feruesco feruor.horreo horrens horresco horror.intelligo ītelligēs intellexi intellect9.lędo lędens lęsi lęsus lęsio.Et quia ipsa prima positio uerbi quę uidet ab ipsa natura esse prolata in hoc est modo:quemadmodum in omnibus est casus nominatiuus.Et q̄ sub/stantiam siue essētiam rei significat:quod in aliis modis nō est. Neq;.n. qui imperat:neq; qui optat:neq; qui dubitat in subiūctiuo substantiam act us uel passionis significat:sed tātummodo uarias animi uolūtates de re carēte substantia .Deinde hūc primū auctoritas doctissimo; tradidit modū in declinatōe uerborum. Sciēdū tamen q̄ quidam ausi sunt infi nita ponere prima:sed male.Non enim oportet statim a re imperfecta aut dubia incipere.Quidam enim dubitauerūt an uerba sint hęc & inter

aduerbia magis ponenda censuerūt:q̄ nec numeros nec personas nec af/fectus animi certos habēt:& egēt semper aliis uerbis:sicut aduerbia. Di/cimus enim legere.studeo studes studet.Sed hęc postea refutētur:nūc hęc sufficiat ostendisse:non bene ab infinitis quosdam coepisse . Sed neq; ab imperatiuis:neq; ab optatiuis erat incipiēdum.Cum hoc imperamus il/lo optamus:vt sit indicatiuus:qui nisi prius sit notus non possumus sci/re quid imperemus:uel optemus.Subiūctiuus uero quem quidam dubi/tatiuum appellauerūt manifestam habet indicatiui cognitionem.Ipsa.n. dubitatio ante se esse indicatiuum cōfitet. Nam si tollas dubitationem non est opus subiūctiuo in re certa sed indicatiuo.Ergo non alius modus iure pręponet omnibus q̄ indicatiuus.Sicut enim in nomine si quis pfe rat genitiuum uel alium post hunc casum multo ante nominatiuum co/gnouit ex quo nascuntur obliqui:sic qui aliquem modum profert:scit pri mum indicatiuum qui est pene uerbi rectus.Sicut & pręsens tempus iō aliis pręponit temporibus:& primum obtinet locum q̄ in ipso sum9 dū loquimur de pręterito & futuro.Et quia ad pręsēs pręterita & futura in telliguntur:quod si non sit alia intelligi minime possūt: & qa positio uer bi indicatiui ab ipso incipit:& q̄ ex ipso cętera tempora trahunt regulas Et q̄ pręteritum non potest esse nisi prius pręsens fuerit.Futuri autē uox sine significatione esset:nisi nobis cogitātibus & notionem sumentibus ex pręsēti uel pręterito.De futuro quoq; sumimus notionē:uel ex his quę nobis in ore ueniūt:uel ex ipsa natura rerum:uel ex cogitatione.In ore q/dem ut si uideam scribētem in pręsēti:ex hoc cōcipio & futuri temporis scripturam.Natura ut cum uideam solem occidentem in pręsenti possu; scire naturali motu reuersurum:quod est futuri.Cogitatione uero ut si co gitem diluuium quale sit in pręsenti:ex hoc notionem concipio futuri.Si militer prima persona pręponit aliis:quia ipsa loquit:& per ea ostendit secunda ad quam loquit:& tertia de qua loquitur.Nisi enim prima per sona sit quę proferat sermonem alię esse nō possunt.Et q̄ ista sine illis in ueniri potest cūm secum aliquis loquitur:illę autem sine ista nō iueniūtur Et quia causa naturaliter ante causatiuam:quam αἰτίαν greci uocant: esse solet.Causa autem fit secundę & tertię personę prima persona .Iure igitur illis pręponitur quę sūt causatiuę.A singulari quoq; numero incipi mus:q̄ hic naturaliter primus est numerorum:qui duplicatus: uel multi plicatus facit numerum pluralem.Et actiua ideo prima proferunt:q̄ na turaliter pręcedit actus ante passionem:quę esse nō potest:nisi sit actus: & qui agit īcipit:sequit aūt qui patit.Et q̄ uerbu; actiuum additiōe eget litterę:uel litterarū ut faciat passiuum ex se.Breuiter igit de omnib9 mo dis repetamus. ¶ Modi sunt ut prędictum est diuersę inclinationes ani mi:quas uaria declinatio consequit uerbi. Indicatiuus igit primus po nitur propter quas enumerauimus causas.Indicatiuus autem dicit q̄ per

Subiunctiuū quidam dubitatiuū appellauerunt quod & theodorus thesalonicensis grāmaticus greci confirmat

eum indicamus quid agat. Imperatiu⁹ est quo imperam⁹ aliis ut faciāt aliquid uel patiātur: qui inde secūdū tenuit locum: q̃ per se absolut⁹ quē admodum indicatiu⁹: nō idiget auxilio alteri⁹ partis ad plenam significationem: licet per tempora & personas deficiat naturaliter. Solemus autem non solum imperātes sed etiam orātes sępissime eo uti. Virgilius in primo ęneidos. Musa mihi causas memora quo numine lęso. Virgilius iterū i. xi. ęneidos: Vos o calliope precor aspirate canenti. Tertius est optatiuus: qui q̃uis & temporibus & personis perfectior esse uideatur imperatiuo: tamen eget aduerbio optandi: ut plenum significet sensum: & q̃ qui optat inferior uideatur esse imperante. Itaq; iure post imperatiuū ponit. Quartus est subiunctiuus quippe iure: qui eget non modo aduerbio uel coniūctione: uerūetiam altero uerbo: ut perfectum significet sensū ut Virgilius in bucolicis. Cum faciam uitulam pro frugibus ipse uenito. Et sciendum q̃ omnibus modis aliis sociari potest subiūctiuus: qui cū diuersas habeat significationes: non ab una earum: sed a constructione nomen accepit: ueluti denominatiua: quę diuersas habētia significationes: generale tamē nomē multarum specierum sibi defēdūt. Est enim quando dubitationem significat: ut si uideam intelligo. Est quando confirmationem. Virgilius in primo ęneidos. Certe hinc romanos olim uoluētib⁹ ānis Hic fore ductores reuocato a sāguīe teucri: Qui mare qui terras omni ditione tenerēt Pollicitus. Tenerēt enim cōfirmatiue dixit. Est quādo suadētes hoc ūtimur: ut si dicam. prodest ut legas. Est quādo imperantes ut ne dicas: ne facias: in quo nec eget alio uerbo. Est quādo ostēdētes potuisse fieri: nisi quid impedimēto fuisset: ut facerem si placuisset. dicerē; si licuisset. Possūt fortassis prēter eas perspicatius inquirētib⁹: & alię prędicti modi significatōes īueniri. ¶ Infinitiu⁹ est qui & personis & numeris deficit: vnde & nomē accepit infinitiui; q̃ nec personas nec numeros diffinit: & eget uno ex quattuor supradictis modis ut significet aliqd p̄fectum: ut legere propero: legere propera: utinā legere ꝓperarē. cū legere ꝓperem. ¶ Impersonale ue; bū suę cuiusdam est significationis: & solet uel a neutris actiuam uel absolutam uim habentibus: nō tamē passiuam plerūq; nasci: ut statur. curritur. uiuitur. ambulatur. vel ab actiuis: ut amatur. legit. A passiuis ꝛo uel communibus uel deponētib⁹ nūq̃ nisi ab uno misereor miseretur. Sed magis id quoq; a misereo est. Vetustissimi enim pro misereor misereo dicebāt. Sicut diuersis supra ostēdim⁹ usibus ¶ Supina uel participialia cum nec personas discernāt & temporibus careant sine quibus uerbum esse nō potest: & casus assumāt: & prępositionibus separatis adiūgātur sine dubio mihi nomina esse uidētur: quę tamē loco īfinitiuorū ponūtur tam actiuorū q̃ passiuorum Nec per se ea solum posita pro īfinitis accipiūt: sed etiam eiusdem formę īdubitabilia noīa aliis nomibus adiūcta secundum eundem casum. vt Cicero in primo īuecti.

Virg
Virg
Subiunctiuus
Virg
Virg
Infinitus
Impersonalia
Supina uel participialia
Cicero

Nihil enim munitissimus habēdi senatus locus: idest tutus habere senatum ἀσφαλήσ ἔχειν τὴν γερουσίαν. Inter mobilia tamē nomina eiusdem formę: & hęc: idest supīa: hoc interest: q̃ hęc siue ab actiuis: siue a cōmunibus sint nata: cōmunem habēt significationem: ut amādi. τοῦ φιλεῖν καί τοῦ φιλεῖσθαι. Illa uero passiuam solam: vt amādus amanda amandum. ὁ φιλησόμενος ἡ φιλησομένη τό φιλησόμενον: idest qui uel quę uel quod debet amari. Et q̃ supina cum sint neutri generis: & semper singularia cōiūgunt diuersis generibus & numeris: ut amando uirum: & amādo mulierem: & amādo pueros. Et q̃ illis casib⁹ adiūgūt: quibus & uerbum: vt supra quoq; diximus: vt noceo tibi: nocendi tibi causa. tibi nocēdo. tibi nocēdum. Q; autem prępositiōib⁹ separatis coniūgūt: quod uerbi nō est ostēdit usus. Cicero pro Milone. Huius ergo interfector si esset ī cōfitēdo. Idem in primo uerrinarum. A quo pecunia; ob absoluēdum hoc acceperas. Virgilius in bucolicis. Et potu; pastas age tityre: & ītera gēdum Occursare capro: cornu ferit ille caueto. Idem in tertio georgicorum. Nanq; ante domādum Ingētes tollūt animos. Et ostendunt ipsę prępositiones siue aduerbia prępositiua in o quidem terminatio nem ablatiui esse casus. In um uero accusatiui quibus & adiūgūt. In i genitini: cui nunq̃ prępōnūt prępositiones separatę. Illud tamē est sciēdum q̃ ī o supina tam corripiūt q̃ producūt auctores more uerborum siue aduerbiorum in o terminātium. Alphius auitus in secūdo excellētium. Tū litterator creditus ludo falisco Liberos causatūs in cāpi patens Extraq; muri ducere spaciando Paulatim trahit hostilis ad uallilatus. Sunt enim di metra iambica. Iuuenalis in primo. Plurimus hic ęger morit uigilādo sed illum Languorem peperit cibus imperfectus.

Nota appellari a prisciano supina quę nos appellamus gerimęa

Cicero
Cicero
Virg
Virg
Alphius
Iuuena

Incipit de speciebus uerborum

Species sunt uerborū duę: primitiua & deriuatiua: quę inueniūt fere in omnibus partibus orationis. Est igitur primitiua: quę p̄mam positionem ab ipsa natura accepit: vt lego. feruco. domo. facio. garrio. albo. Deriuatiua quę a positiuis deriuātur: vt lecturio. feruesco. domito. facesso. garrulo. albico. Sunt igit deriuatiuorum diuersę species: ut inchoatiuā: quę initium actus uel passionis significāt: ut caleo calesco. horreo horresco. tabeo tabesco: quę plerunq; a neūtris absolutam uel intrinsecus natam significātibus passionem: quam gręci ἰλιόπαχθεσιν dicunt deriuātur: quorum pleraq; secūdę sunt coniugationis: ut rubeo rubesco. palleo pallesco. marceo marcesco. areo aresco. luceo lucesco. pāteo patesco. Ideo autem diximus plerūq;: quia inueniūtur etiam ex aliis uerbis: sed raro: ut cupio cupisco. Cicero in oratore. Diuino aliquo animi motu maiora concupiscat. Virgilius in quarto georgicorum. Animosaq; regum Corda licet longe prescisscere. dormio dormisco. sentio sētisco. Terētius in adelphis. Hoc uilli edormiscam. Idem in heautontimoru. Ne tu id

Deriuatiuorū diuerse species
Inchoatiua
Cicero
Virg
Terenti
Terenti
Cupisco
Prescisco
Dormisco
Sentisco

perſentiſceres.labo labaſco.Idem in eunucho.Labaſcit uictus uno uerbo.
integro integraſco.Idem in andria.Perii hoc malum integraſcit.Et notā
dum q̃ in paſſiua ſignificatione poſitum eſt inchoatiuum:cum primiti
uum eius actiuum ſit.Similiter bio biſco.amo amaſco. miſereor miſere/
ſco:ſed magis a miſereo eſt:quo uetuſtiſſimi ſūt uſi:ut ſupra dictum eſt.
Ennius in quinto annalium.Cogebāt hoſtis lachrymātes ut miſererent
ex quo impeſonale eſt miſeret:& miſeretur.Lucius Craſſus in lege ſerui
li:& ſuaſione-Neq; minus ueſtri q̃ mei miſeretur.Nam a miſereor qui ē
deponens:nec inchoatiuum in o deſinens:nec impeſonale poteſt naſci.
uiuo uiuiſco:unde reuiuiſco.Terentius in ecyra.Ille reuiuiſcet nunq̃.Ve/
ſperaſco: q uideſ q̃ſi a ueſpero ueſperas uerbo deriuari.Omnia tamē ea
ideſt inchoatiua ſecundę perſonę primitiui addita co fiunt.ut labas laba
ſco ferues feruesco.cupis cupiſco.ſcis ſciſco.Excipiſ bias:quod biſco nō bia
ſco facit.Ex quo Virgilius compoſitum protulit in primo eneidos.Acci/
piunt inimicum imbrem: rimiſq; fatiſcūt.Idem in eodem.Hi ſummo in
fluctu pendēt:his unda debiſcēs.Vetuſtiſſimi tamen fatiſcor & feſſus di/
cebant.Ex quo defetiſcor defeſſus:quod quidam a fateor eſſe deriuatum
uolūt.Eſt altera ſpecies deriuatiuorum in urio deſinēs: quę a participio
pręteriti temporis ſolet fieri.ſiue a ſupino in u terminātę aſſumptōe rio:
vt lectus participium:lectu ſupinum:ex his lecturio.eſus eſu eſurio. mi/
ctu micturio.partu partūrio.amatu amaturio. nuptu nupturio. dictatu
dictatūrio.meditationem tamen ſignificat hęc forma:unde & meditati
ua nominatur.& eſt quartę coniugationis:quomodo inchoatiua tertię.Sci
endum tamen q̃ inueniuntur poſitiua formam inchoatiuorum habētia:
& etiam meditatiuorum:vt quieſco paſco compeſco poſco diſco.Eſt alia
ſpecies deriuatiuorum in to nel in ſo uel in xo deſinēs:quę frequētiā act?
ſignificāt:faciūtq; pleraq; ex ſe paſſiua. Nam inchoatiua & meditatiua
magis neutra ſunt.Ea quoq;:ideſt frequentatiua plerunq; a ſupinis deri/
uantur mutatione extremę u in o:vt ſcriptu ſcripto.curſu curſo. dormitu
dormito.nexu nexo.flexu flexo.Sin aūt prię ꝯiugatōis ſint & habeāt penul
timam a mutant eam quoq; in i correptam.imperatu iperito. rogitatu
rogito.uolatu uolito.Ideo autem diximus pleraq; ea a ſupinis deriuari:
quia in gi terminantia pręteritum a pręſentis ſecunda perſona abiecta s
& addita to faciunt frequētatiuum:vt lego legis legito.fugio fugis fugi/
to.ago agis agito.cogo cogis cogito. Vnde mergo:quia merſi facit pręte/
ritum:ſuperiorum ſeruat regulam:ideſt a ſupino facit frequētatiuū mer
ſu merſo merſas:quero quęrito differentię cauſa facit:quia a quęſo quęſi/
to fit.Scitor ſcitaris.notandum:quomodo & ſciſcitor :qd a primitio acti
uo deponentia ſunt nata.Virgilius in ſecundo eneidos.Tum uero arde/
mus ſcitari:& quęrere cauſas. Terentius in eunucho.Niſi quicquid eſt p/
cul hinc liber ſciſcitari.Noſco quoq; noſcito facit.Liuius i quarto ab urbe

integraſco
Miſereo
Miſereſco
Viniſco
Reuiniſco
Fatiſco
Debiſco
Fatiſcor · Defetiſcor
Feſſus · Defeſſus
Meditatiua
Frequentatiua
Cogo Cogito
Quero · Querito
Queſo Queſito
Scitor
Sciſcitor

Terent
Terent
Ennius
Craſſus
terenti
Virg.
Virg.
Lim

cōdita.Circūſpectāre omnibus fori partibus ſenātorem: raro q; uſq̃ noſci
tare.Diciſ tamen & noto notas:in quo ſimiliter notādum qd cum a noto
ſit deriuatum:corripuit tamen penultimam.Nec mirum cum compoſi/
ta a notus ē quādo mutāt o ī i correptā:ut agnit? cognit?:cum ignot? ſer
uauit o.Iuuenalis in ſecundo.Nota mathematicis geneſis tua. Virgilius
in bucolicis.Nāq; notaui ipſe locum aerie quo congeſſere palūbes. Sūt
tamen quędam deficientia ī ſupinis:quę raro faciūt frequētatia:ut ęgreo
ęgreſco:& ęgroto.Virgilius in duodecimo.Aegreſcitq; uidēdo.Et ſūt fre
quentatiua primę coniugationis:& ſeruant ſignificationem primitiuo q̃
uis uideanſ quędam ex his in alium ſeuſum tranſire: vt trahō tracto.
cogo cogito.dicto dictito.Sed ſi quis attētius inſpiciat non penitus abſi/
ſtūt neq; hęc a primitiuorū ſignificatione.Notādum tamen etiaz ſector
ſectaris:quod differentię cauſa puto per ſyncopam u penultimę prolatū
ne nomen putetur ſi ſecutor diceremus cum primitiuum eius ſecutum ē.
Raro tamen deriuationes huiuſcemodi ſpecierum fiunt a uerbis in or de
ſinentibus.Sunt pręterea alię ſpecies deriuatiuorūm uarię tam termina/
tionis q̃ ſignificationis:ut uideo uiſo uiſis:ideſt cupio uidere. Virgili? in
octauo.Nam memini hęſionem uiſentem regna ſororis Laomedontia/
dem priamum.uiſentem dixit pro cupientem uidere:quod gręci dicunt
ὁ ψέι ουτα ea.Simile eſt facio faceſſo.capio capeſſo.lacero laceſſo. arceo
arceſſo.accio acceſſo:quę non eſſe frequentatiua coniugatio oſtendit.poſ
ſumus ea tamen nō icōgrue deſideratiua nominare. Sūt alia ī lo deſi/
nētia:quę dīminutiua eſſe plane ſignificationis ſenſus oſtendit:quę apd
grecos in uerbis inueniri nō poteſt:vt a ſorbeo ſorbillo. garrio garrulo.cal
uo cauillo pro caluillo.Cuius primitinum Saluſtius in tertio hiſtoriarū
ponit caluiratus. Sunt etiam alię deriuationes diuerſas terminationes
habētes tam a nominibus q̃ a uerbis naſcētium uerborum:vt a patre pa
triſſo: a gręco gręciſſo:& gręcor. a grege grego.a philoſopho philoſophor
philoſopharis.a poeta poetor poetaris.In co:vt albo albas albico.Horati?
in primo carminum.Nec prata canis albicāt pruinis.Similiter uello uel
lico.fodio fodico.Itidem nutrio nutrico & nutricor.Cicero in ſecundo de
natura deorum.Omnia quę ſicut membra & partes ſuas nutricaſ & con
tinet.Nec mirum Ciceronem nutricatur:pro nutricat diximſe:cum Vir
gilius quoq; in ſecundo georgi.Hoc pinguem & placitam paci nutritor
oliuam. Impeſonalia quoq; omnia uel ab actiuis uel neutris deriuanſ
vt ſupra diximus:vt amo amaſ.lego legiſ.ſto ſtaſ.miſereo antique miſe
ret.ſimiliter placeo placet.Sic antiquiſſimorum cōſuetudine a poeniteo
poenitet.a tedeo tedet.pigeo piget.pudeo pudet.liceo licet.oporteo opor/
tet.Cecilius in quinto.Morboſum factum ut ea quę oportuerint facta
non ſunt.Et ſciendum q̃ omnia impeſonalia tertię paſſiuoꝝ perſonę uo
ces habent exceptis ſupradictis:& aliis paucis:vt euenit.uacat.contingit

Iuuena.
Virg.
Virg.
Lauie 25
Virg.
Lauren 2
Saluſti.
Hora.
Cicero
Virg.
Cecilius

f. ultimo ſupino
Sector
ſupinum
Viſo 15
Faceſſo
Capeſſo
Laceſſo
Arceſſo
Acceſſo
Sorbillo
Garrulo
Cauillo
Patriſſo
Grecisſo
Vellico
Fodico
De Impſonali?

Verba ex nominibus

accidit.liquet. ¶Sunt alia uerbā:quę ex uerbalibus naſcuntur nominib⁹ uel ex participiis:ut a rego rex.a rege regno.a ducor ductus:a quo ducto ductas.a lector lectus:a quo lecturio & lectito:de quibus ſupra docuim⁹ Et ſciendum ꝙ frequēter apud grēcos ex nominibus dignitatum ſolēt deriuari uerba:quę actum uel adminiſtrationem ipſius dignitatis ſignificant:vt ὀικονόμοσ.ὀικονομῶ.πρυτάνον.πρυτανεύω.apud latīos autem dignitatum nomina pleraq; ex uerbis uel nominibus naſcūt: quę faciunt uerba:ut conſul a conſulendo.dictor a dictādo.quęſtor a quęſtu. & ędilis ab ędibus.prętor a pręeundo.ductor a ducēdo.imperator ab imperando.Ergo rex ſolum qd' a regendo naſcitur peperit ex ſe aliud ẋbuꝫ regno. A uillico etiam uillico & uillicor dicebāt antiqui.Cato in oratiōe quam inſcripſit uti baſilica ędificetur.Anteq̄ is uillicare coepit:atta ī tyrone proficiſcente.Pater uillicat' tuus:iam mater uillica eſt.A metallorū quoq; nominibus ſolent naſci uerba:vt ab auro auro auras.ab ęre ęro ęras unde auratus & ęratus.Perſius.Et ueri ſpeciē dignoſcere calles:Ne qua ſub ęrato mendoſum tinniat auro. A multis aliis nominibus inueniunt' uerba deriuari:vt a cornice cornicor.a frutice fruticor. Vnde Perſius Neſcio quid tecum graue cornicaris inepte.Iuuenalis in tertio.Sed fruticā te pilo neglecta & ſqualllida crura.A philoſopho quoq; philoſophor.& architecto architector architectaris.a patre patro patras patriſſo. a grēco grēciſſo.a ſpuma ſpumo.ab unda undo ab undo inundo. ab aqua aquor aquaris. Virgilius in quarto georgicorum.Sed tutę circum pro moenib⁹ urbis Aquantur. A frumento frumētor frumētaris.a pabulo pabulor pabularis.ab antiquo antiquo antiquas:ideſt infirmo.hęres ex hęredo. grēcus grēcor grēcaris.a ueſpera ueſperaſco.a luce luceo.a nocte pernocto. a mare marito maritas.ab hieme hiemo hiemas. a fortuna fortuno fortunas.Perſius.Mercuriumq; accerſis da fortunare penātes.A baccho bacchor baccharis.a lympha lymphor lympharis. Artium uero nomina taꝫ apūd grēcos pleraq; q̄ apud nos:omnia poſt uerba naturaliter ſunt accipienda.doceo,poſt doctor.,pfiteor,poſt,pfeſſor.ſuo,poſt ſutor.ſcribo,poſt ſcriptor.oro poſt orator.Et ſūt omnia fere,pfeſſionuꝫ nomīa apud latīos ẋbalia & in or deſinūt.Nam grammaticus & philoſophus & architect⁹ & ſophiſta & poeta grēca ſunt.Itaq; ex nominibus ipſis habēt' ẋba apud grēcos. Vnde nos quoq; philoſophor & architector poetor ī uſu habem⁹ Ennius.Nunq̄ poetor niſi podager.Omnia quoq; quę ex ipſo actu a gentibus imponuntur:ex uerbis nomina:nō ex nominibus uerba perficiūt:vt amo amator.moneo monitor.curro curſor.lego lector,. impero ſimiliter imperator cōſulo cōſultor.duco ductor.Ex his quędam dignitatum quoq; inueniunt':ab aduerbiis etiam & prępoſitionibus inueniunt' deriuat iua ẋba: vt pendie pendio.cras ex quo craſtinus:& pcraſtio,pcraſtinas.Intro uel intra:hinc intro intras.ſuper uel ſupra ſupero ſuperas.

Nomina a Verbis

Vllico & Vllicor

A nominibus Verba

Cato

Pſius

Pſius

Iuuenal.

Virg.

Pſius

Ennius

Nomina ex Verbis

Supo.as.a ſupra

De figuris uerborum.

Igura quoq; accidit uerbo:quomodo nomini. Alia enim uerborum ſunt ſimplicia:vt cupio taceo. Alia compoſita:ut concupio conticeo. Alia decompoſita:ut cōcupiſco conticeſco.Cicero ī oratore.Diuino aliquo animi motu maiora concupiſcit.Inueniuntur tamen quędam uerba etiam ex tribus partibus compoſita:vt perterefacio.Sunt alia quę in compoſitione mutant coniugationes:vt do das:reddo reddis. prodo prodis.facio facis.amplifico amplificas.pello pellis compello compellis:& compellas.appello appellis & appellas.Sed in his:ideſt a pello cōpoſitis ſignificatio cum cōiugatiōe uariatur:& fortaſſis quomodo & mādo mandis.& mādo mandas.dico dicis & dicas:ſic etiam & pello pellis & pellas dictum eſt:ſed nūc in uſu non eſt ſimplex:quomodo nec fendo nec ſpecio:nec pario:nec fragor ex quibus compoſita ſunt multa:vt offendo defendo aſpicio reſpicio ſuſpicio deſpicio aperio reperio cōperio cooperio.ſuffragor refragor.Inueniunt' quędam quę ſępe nō ſolum cōiugatōnem :ſed etiam gen⁹ uel ſignificationem uerbi mutāt in cōpoſitione : vt ſperno ſpernis actiuum.aſpernor aſpernaris deponēs.ſentio & aſſentior cōiugatio mūtat.Dicit' tamē & aſſētio.ſedeo ſedes neutrum.inſidior inſidiaris deponens.Obſideo ẋo & aſſideo actiua ſūt.faciunt enim obſideor & aſſideor. Vnde Saluſtius in tertio hiſtoriarum. Amiſſumq; aſſideri ſine proeliis audiebat.Eo & facio neutra:adeo trāſeo ineo prętereo ſubeo circūeo perficio reficio afficio cōficio actiua ſunt.faciunt enim adeor trāſeor prętereor ineor ſubeor.Iuuenalis in quinto.Q; ſi ſubeunt' pſpera caſtra.Cicero pro Cornelio.Circuitis roſtris euincerēt' lapidibus homines Cōficior perficior afficior.Necnon ex neutris quędam in cōpoſitōe fiunt deponētia.Facio neutrum.uerſificor uerſificaris.gratificor gratificaris deponētia.Cicero pro Cornelio in primo.Num alicui gratificabat':aut homini:aut ordini .In quibus etiam cōiugatio eſt mutata:ſicut in amplifico amplificas.ędifico ędificas.lętifico lętificas.Lucanus in quarto. Nō illum gloria pulſi lętificat magni.Sentio & aſſentio & aſſentior: & aſſentor aſſentaris.aſpicio aſpicis.conſpicor cōſpicaris.ſuſpicor ſuſpicaris.Sterno ſternis actiuū.cōſternor cōſternaris deponēs.Saluſt in primo hiſtoria. Equi ſine rectoribus.& ſaucii conſternāt' . Medeor mederis remedior remediaris teſte Capro.A fero quoq; actio & anomalo: uociferor uociferaris: quod eſt primę coniugatiōis deponēs.Plecto actiuum.amplector deponēs. Fio paſſiuam habet ſignificatōem q̄uis ſit neutrum: ſuffio ex eo cōpoſitum actiuum. Vnde Virgilius. At ſuffire thymo cęraſq; recidere man es:Quis dubitat!In uerbis cōpoſitis eſt quādo grēci extrinſecus faciunt declinationem ad ſimilitudinem ſimpliciū:ut eſt ἐνέγκω.ἤνεγκά. κάμνω.ἔκαμνον.κάθημαι.ἐκαθήμην.ἐνώχλω.ἠνώχλον.Eſt tamen quādo ītrinſecus declinant:vt καταγράφω.κατέγραφον.περί

Simplicia
Compoſita
Decompoſita

Saluſt.
Iuuenal.
Cicero
Cicero
Lucanus
Saluſt.
Caper.
Virg.

Adeo. transeo. ineo. prętereo ſubeo. adstinguer ba

Conſterno.as.notata p° Laurētio

Remedior.aris.

γράφω.περιέγραφον.ἀνάγινώσκω.ἀνέγινωσκον. Apud Romanos uero semper intrinsecus fit declinatio:id est ipsa iūctura sequētis uerbi :uel post eam conficio confeci.abigo abegi incipio incepi.subeo subii. confringo confregi.maledico maledixi exigo exegi.Et illud quoq; sciēdū q̃ principalem litteram quācūq; habuerit positio uerbi in suo loco seruamus per omnem declinationem :vt amā amaui. erro erraui. ineo iniui. oro oraui.uro ussi.hęreo hęsi.haurio hausi.bibo bibi.cedo cessi.domo domui.flo flaui.gigno genui.lędo lęsi.mico micui.narro narraui.paro paraui.rapio rapui.seco secui.tereo terui.ueto uetui.Excipiūt ago egi.& eo ii : uel iui:quę principalē litterā suę positōis mutauerūt.

Veritur in compositis uerbis cum sępe in pręsenti corrupta ē aliqua pars cōpositōis in prēterito integra iuenit:vt perficio pfeci. efficio effeci.inicio inieci.pergo perrexi.exigo exegi.cōfringo cōfregi:cum in omnibus tota declinatio per omnes casus nominatiui figuras solet apud nos seruare:ex quibuscūq; modis sint compositę:vt idoct? per omnes casus ex duobus integris est:efficax per omnes casus ex duob? corruptis.Similiter in omnibus compositis nominibus hoc inuenitur.Excipitur alteruter alterutrius.quod cum in nominatiuo fit ex duobus integris:in genitiuo non est.nam alterius nominatiuus esset:qui tamē genitiuus uetustissimis fuit in usu:sicut de nominatiuo tractātes ostēdimus. Tātūdem tantidem prēterea quod cum in nominatiuo sit ex duobus corruptis:in genitiuo ex integro est & corrupto:sicut & quicq̃ cuiusq̃:& idem eiusdem.euphonię tamē causa hoc fieri manifestum est:quomodo & quēdam & quandam:in quibus m:quę terminalis ē accusatiui casus utriusq; generis in n est conuersa. Apparet ergo ex hoc q̃ compositio huiuscemodi uerborum :quę nō eosdem modos compositionum per omnia tempora seruant per singula separatim fit.Nam cum soleat plerunq; compositio a correptam:uel in e uel in i cōuertere per quęcunq; tempora . vt hēo inhibeo.ago .exigo.agebam exigebam.agam exigam.facio inficio inficiebam.faciam inficiam.iacio iaciebam.iniicio iniiciebam.iaciam iniiciam. frāgo infringo.frāgebam infringebam.frāgam infringam.tango contingo.tāgebam cōtingebam.tāgam contingam.arceo coerceo.spargo respergo.parco deperco.Ideo autem dixi plerūq;:quia est ubi seruat a ītegra : ut paro reparo cōparo.maneo remaneo.caneo incaneo incunui. Vnde Virgilius in secūdo georgicorum.Malos gessere ualētes Castanęq; fagos ornusq; īcanuit albo Flore piri Mano permano.narro enarro.& aro exaro Frequētius tamē ea seruāt a quę primę uel secūdę cōiugationis sunt:ut cano recino eius frequētatiuum cum sit primę seruat a:canto decāto. Lucanus in quinto.Decātatq; tribus: & uana uersat in urna.Labor perlabor. uado.inuado cādeo excādeo.palleo expalleo.ardeo exardeo arco exarco. Inueniuntur pauca in supradictis cōiugationibus a mutantia:ut damno

(.nomjnib)

Quicquā

Quandam &
Quendam.

damnas cōdēno condemnas.arceō arces coerceo coerces . amico amicas inimico inimicas.habeo habes inhibeo inhibes.sacro cōsecro.In tertię ꝯo & quartę cōiugationis uerbis multa inuenimus mūtātia a:vt tāgo cōtingo.frango cōfringo.ago exigo.iacio iniicio.facio inficio.gradior īgredior. scando cōscendo.fateor cōfiteor.paciscor depeciscor.fatiscor defetiscor.salio insilio.patior perpetior.pario reperio. Veteres enim & pario quarta coniugatione declinabāt.partior & impertior & impertio.cado īcido. fallo refello.Inueniunt tamē in his quoq; cōiugationibus quędā quę seruāt a in cōpositione:vt nascor renascor.pasco depasco.labor elabor.arguo coarguo.lacesso delacesso.largior dilargior.In prēterito quoq; pfcō & plusq̃ perfecto cum simplex uerbum e lōgam habeat:nō potest compositio eam mutare:vt egi exegi.egeram exegeram.feci infeci infeceram.ieci inieci:ieceram inieceram:quę sine dubio a simplicibus suis componunt.Nam nō possumus dicere q̃ i breuis:quę est in pręsenti tempore cōuertit in e longam in prēterito.Hoc enim in nullo īuenimus fieri uerbo.Id autem idest q̃ per singula tempora fit compositio participiorum quoq; diuersę figurationes sępe tam pręsentis q̃ prēteriti temporis ostendunt:vt effringens effractus.cogēs coactus.subigens subactus.exigēs exactus.Hęc enim omnia cum in pręsenti extremam partem:idest dictionem corruptam habeant in prēterito integram habēt. Cur nisi q̃ separatas habēt compōsitiones per singula tempora.Non est enim dubium q̃ īterrogati ūde componitur effractus ab ex prępositōe & fractus participio respōdebimus:& subactus a sub & actus.& de omnibus similibus.Anomala quoq; ῥborū id possūt ostendere :quę sine dubio per singula tempora:siue etiam p̃ p̃sonas componunt:vt psum pdes pdest:prosumus prodestis prosunt:proderam profui.Per totam enim declinationem ubicūq; a uocali īcipit hoc uerbum interponit iūcturę compositōis d.Similiter aufero astuli ī pręsēti p̃ ab au:in prēterito abs habuit.Idq; ita esse confirmat Apollonius sūmus auctor artis grammaticę docēs ī primo libro de ῥbo immobilem figurationis iūcturam manere:& separatim cōfirmās componi καταγράφω.κατέγραφον.γράφω.ἀνέγραφον.& his similia quęcunq; ītus habent declinationem.hoc est post prępositionem:quę apud nos semper fit in omnibus compositis uerbis.Sciendum tamen q̃ in nominibus quoq; apud nos iunctura compositōis solet moueri tunc quādo ex duob? nominatiuis componūt:uel ex nominatiuo & obliquo:uel īdeclinabili aliqua dictione.Possumus tamē qd' illi de uerbis ītrinsecus habētib? declinatōnem dicunt:nos quoq; & de nominibus huiuscemodi dicere q̃ per singulos casus fit compositio eorum.vt respublica reipublicę.respublica quidem ex duobus nominatiuis:reipublicę uero ex duobus genitiuis uel datiuis. Similiter iusiurandum iurisiurādi:uiriillustris uiriillustris.magister equitum magistriequitum.tribunusplebis tribuniplebis. quisq; cuiusq; : quę

compoſita eſſe oſtendit accẽtus. Q; autem non eſt ꝓprium nominatiuo
rum: ſed etiam obliquorum caſuum per ſe cõponi oſtẽdunt nomina: uel
ꝓnomina: quę per obliquos inueniũtur ſolos componi: vt iſtiuſmodi bu
iuſmodi cuiuſmodi. Illud autem ſciendum ꝙ in nominibus & pronomi
nibus compoſitis apud latinos extrema pars poteſt immobilis manere:
quod apud grecos non reperitur: vt tribunuſplebis. prefectuſurbis. cuiuſ
modi. Idem uerbum autem uĺ participium nec apud grecos extremã par
tem ſeruat immobilem: ideoq; ſemper in compoſitione extremam par
tem ſibi defendit ipſum uerbum: & participium quippe quod ex eo na
ſcitur. Cõponũt aũt ꝛba uel cũ noib⁹: vt ãplũ ãplifico: ex quo ꝓticipiũ am
plificans. ſignũ ſignifico ſignificans: uel cum altero uerbo: calefacio cale
faciens: ul cum aduerbio. maledico maledicẽs. ſatiſfacio ſatiſfaciens: uĺ cũ
prepoſitione. induco inducẽs. perduco perducens. abſtrabo abſtrabẽs. ſub
rideo ſubridens. Ideo autem prepoſitiones compoſite cum uerbo quidem
inueniuntur nunq̃ ſeparate per appoſitionem: quia uerba per omnes p
ſonas in omni tempore nominatiui caſus uim habẽt cui ſoli poſſunt con
iungi: vt facio ego: facis tu: facit ille. Similiter per omnia tempora. Ergo
cum nominatiuus caſus nunq̃ per appoſitionem aſſumat prepoſitiões:
ſed in ſola compoſitõe. ut impius perfidus. verba quoq; in compoſitione
duntaxat poſſunt has aſſumere: nec imperatiua tamẽ uerba ſecũdę per
ſonę: quę uocatiuum aſciſcũt: vt ſcribe Virgilii. lege Terẽtii: poſſunt ĩ ap
poſitione habere prepoſitionem: quia nec uocatiuus caſus hoc habet. Par
ticipia uero: quas quidem prepoſitiones habẽt per nominatiuum: uel a
uerbis habẽt ex quibus deriuãtur per compoſitionem: ut exigo exigens:
uel ad imitationem uerbi per ſe compoſita ſunt: ut exegi exactus. Poſſũt
tamen per appoſitõem aſſumere & prepoſitiones ad imitationem nomi
num: quia caſus quoq; obliquos habẽt ſicut nomina: ſed nõ poſſũt parti
cipia componi niſi per nominatiuum caſum: quippe cũ ſint cognata uer
bis: quę uim nominatiui poſſidẽt: ut ſupra dictum eſt. Ergo doctificus. i.
faciẽs doctum ĩ uim nominum trãſtulit participia: ſicut iuſiurãdum iu
riſiurãdi. cõſultuſiuris. iuriſperitus. ſenatuſdecretum. ſenatuſcõſultũ. ple
biſcitum. prefectuſurbis. prefectuſfabrorum. Et ſciẽdum ꝙ participia ſi
ne uerbis eſſe nõ poſſũt. Si qua igiť uideantur ſine uerbis formam habe
re participiorum nomina ſũt diceda: & carẽt temporali ſignificatõe: ut pe
nulatus togatus ſcutatus galeatus haſtat⁹ palliatus calligatus: & his ſimi
lia. Sunt tamẽ quędam huiuſcemodi: quę & nomĩa & participia eſſe poſ
ſunt. Nomina quidem cum ipſum habitum ſignificãt nõ paſſionem nec
tempus: ut armat⁹ ab armis habẽdis ὁ πλίτης nomẽ eſt. Cum ꝛo a uer
bo amor paſſiuum naſcitur & preteritum tempus ſignificat armatus ὁ
πλισθεῖς: ſine dubio participium eſt. Ex omni autem fere habitu bu
iuſcemodi nomina ĩueniũť apud latinos: ut a capillo capillatus. a coma

comatus. a cirro cirratus. ab auribus auritus. a naſo naſutus. a tunica tuni
catus. a lacerna lacernatus. a purpura purpuratus. a brachis brachatus. a
pallio palliatus. a pretexta pretextatus. a trabea trabeatus. a taberna ta
bernatus. a manica manicatus. a paludamẽto paludatus. a ſtola ſtolatus.
a lorica loricatus. a pictura picturatus. a ſcuto ſcutatus. a tabula tabulat⁹.
a pilo pilatus. a gladio gladiatus: ex quo gladiator. a ſtella ſtellatus. a pel
le pellitus. a dentibus dentat⁹. a barba barbat⁹. a pluma plumatus. a bala
no balanatus. a gemma gẽmatus. a roſtro roſtratus. a ferro ferratus. Ex
aliis quoq; nominib⁹ iueniũť ſed nõ adeo multa: ut a cerere cerit⁹. a lym
pha lymphatus: & lymphaticus. Nec icõgruum uel abſonum mihi uide
tur poſſe uerba ex his ipſis ad ſimilitudinem eorum: quib⁹ uſa eſt aucto
ritas ꝓferre. Quid enim impedit nos quoq; aliquid copię ad opulentiam
latinę cõferre eloquẽtię: & ad imitationem. armo & armor armatus dice
re. tunico & tunicor tunicat⁹. & ut roboro roboror roboratus. & ut ęro ęror
ęratus. ferro ferror ferratus. plumbo & plumbor plumbatus. & ut ueſtio
ueſtior ueſtitus. togo & togor togatus. Si enim auctoribus timiditas ob
ſtitiſſet: ut nullis nouis uterentur dictionibus ipſa natura & ſignificatio
ne rerum exigente perpetuis latinitas anguſtiis damnata mãſiſſet.

De Coniugatione.

Coniugatio eſt cõſequẽs ꝛborũ declinatio: cuius regula apud gre
cos quidem tam uocalibus q̃ cõſonãtibus comprehẽditur. Con
ſonantibus quidem in his uerbis quę βαρύτονα appellant hoc
eſt ante finem habẽtia accẽtum. Vocalibus ergo in circũflexis: apud nos
uero in ſolis uocalib⁹ ſecũdę perſonę ad imitationem circũflexoꝝ. Sũt
igitur cõiugationes quattuõr apud latinos: cum apud grecos decem ſint
Cõiugatio autem nominať uel ꝓpter cõiugatas cõſonantes: hoc eſt cogna
tas: ex quibus pleręq; apud grecos cõiugationes regulã ſumũt. Vel ꝙ una
eademq; ratione declinationis plurima cõiungũť uerba: quod magis ad
latinorum nominatõem aptius eſt. Per ordinem igiť uocaliũ locum ſin
gulę obtinẽt apud nos. Cũ enim uerba omnia quę equali regula declinã
tur in o uel in or deſinant. In o quidem terminãtia ſi primę ſint coniuga
tionis in as efferũt ſecũdam perſonam: vt oro oras: ſto ſtas. Sin ſecũdę in
es: vt moneo mones. hęreo hęres. Si tertię ĩ is correptam: ut cupio cupis.
curro curris. Sin quartę in is ꝓductã: vt munio munis. eſurio eſuris. In
or uero ꝛba primę cõiugationis in aris faciũt ſecũdam perſonã: vt amor
amaris. criminor criminaris. luctor luctaris. Sin ſecundę ĩ eris productã
penultima: vt doceor doceris. reor reris. Tertię in eris correptam penulti
ma: ut legor legeris. ſequor ſeq̃ris. Quartę in iris: ut munior muniris. mo
lior moliris. audior audiris. Inueniuntur tamẽ uerba quę ex eadem poſiti
one primę perſonę ad diuerſas ꝓficiſcunť coniugatões uarię cauſa ſigni
ficationis: vt fundo: quod ad fuſionem attinet fũdis. a fundo quod ad

βαρύτονα

Diſtinctio conſe
gationũ apud
nos

& phocā cussi: secundū alios cudi. Et uidetur etiam Virgilius sic ptulisse in i ęneidos. Ac primum silicis scintillā excudit achates Suscepitq; ignē folius atq; arida circū. Excudit enim tam pręsens q; pręteritū pōt intelligi sed quia suscepit subiūxit: melius pręteritum potest intelligi. Idq; etiam Seruius ī cōmētario ęneid. cōprobat his uerbis. Excudit aut feriēdo eiecit quia cudere est ferire: unde & īcus dicit quia illic aliquid cudamus: idest feriamus. Sciendū autē ꝙ eius frequētatiuū cuso est: ex quo composita incuso īcusas: & recuso recusas: & accuso accusas: & excuso excusas. A do uerbo quod simplex primę est cōiugationis: cōposita cum prępositione: tertię sunt & primitiui seruant pręteritum perfectum duplicantia di: quāuis in illo penultimā habeat e: ut do dedi: reddo reddidi: prodo prodidi: perdo perdidi. Credo quoq; ab eo cōponitur quasi cretum do: & uendo uenūdo & condo ex con cōpositum & do & ex eo abscondo. Itaq; oīa ~~pręteritū~~ idē perfectum seruant: credidi uendidi abscōdidi. Plautus in carbonaria. Secundum ipsam āram aurum abscondidi. Nuero ante do habentia: o in i mutant in pręterito perfecto: & si ante n u uel i habuerint: amittunt n: ut fundo fudi: & scindo scidi. Vetustissimi tamē scicidi proferebant: qd solū in usu esse putat. Assimonius in arte quā ad Constantinū imperatorem scribit: sed errat Nam Lucanus in tertio scidit ponit Qua mare tellure; subitis aut obruit undis: Aut scidit & medias fecit sibi littora terras. Statius in viii. theb. Oraq; pectoraq; & uiridē scidit horrida uestem. Idem in xi. Alloquio scidit ipsa nouo terrore cruēta eumenis. Martialis in iiii. epigrāmaton. Vnguentū fateor bonū dedisti conuiuis here: sed nibil scidisti Sed Affranius more ātiquo dixit in boīe. Satis fortiter paulo uestras scicidistis colus. Actius ī sotadicorū i. Nō ergo ut prędicāt sciciderat pectus Neuius ī testicularia. Immo quo scicidim? cōscinda; atq; abiiciā. Ennius in melanippa. Cum saxū sciciderit Et uidentur hi rationabilius ptulisse ne minorū temporū esset pręteritū q; pręsens quod rarissime inuenitur. Findo quoq; fidi facit: licet quidam fisi putauerūt. Sed Virgilius in viii. Et media aduersi liquefacto tēpora plumbo Diffidit: ac multa porrectū extendit arena. Horatius in tertio carminū. Diffidit urbiū portas uir macedo: & subruit ęmulos. Cętera uero seruāt n: ut pādo pādi: defēdo defēdi scando scandi: accendo accendi. Excipiūtur duplicātia principalē syllabā: pendo pependi: tendo tetendi: tūdo tutudi: penultima a plerisq; correpta: a quibusdam autē etiam producta propter supradicta; rationē. Idest ne uincatur in compositis ab eo temporibus syllabarū a pręsenti pręteritum. Horatius in iiii. carminū protulit correpte. Q; regū tumidas contuderit minas: est enim coriambus. Idem in iii. Non auspicatos cōtudit impetus nostris. Est enim dactylus cōtudit. Virgilius in viii. Et lapsa ancilia cęlo extuderat. Solent autem composita seruare simplicium tempora: cado cecidi: concido cōcidi: penultīa correpta: cędo cecidi concido cōcidi penultīa

Virg.
Hora.
Plaut.
Assimonius
Lura
Stat.
Stat.
Mart.
Affrani
Actius
Neuius
Ennius
Virg.
Hora.
Hora.
Hora.
Virg.

Cussi
Cudi

Seruius in Cōmentario Aeneidos

Abscondidi

Fudi
Scidi
Scicidi.

Fidi a findo

Tutudi
Tūtudi

pependi
Tetendi
~~Tūdo tu~~

Cōcidi
Concidi

producta. Vetustissimi tamē tam ꝓducebant q̃ corripiebāt supradicti uerbi:idest tutudi penultimā Ennius in xiiii.Insit o ciues quę me fortuna ferosie contudit indigno bello confecit aceruo. Ecce hic corripuit. Idem in xvii.Ingenio forti dextera latus ~~protulit~~ hasta. Idem in ānalibus. Virosq; ualentes contudit crudelis hiems:hic produxit penultimaȝ. Cado quoq; cecidi facit:ne si cadi dicamus nomē esse putetur. Composita tamē non duplicant penultimā syllabam: ut perpendo perpendi: extendo extendi: pertundo pertudi:incido incidi concido concidi. Exceptis a do & a sto cōpositis:& a disco posco:ut prodo prodidi:resto restiti:dediscо dedidici:de posco depoposci. A curro quoq; composita utroq; mō prolata inueniūtur ab auctoribus:ut decurro decūrri uel decucurri. Excipitur etiā diuido qd̃ pręteritum diuisi facit. Supina illa quidem quę a do cōponuntur mutant o in i correptam:& assumūt tum:ut reddo redditū credo creditum: perdo perditum. Alia uero oia do in sum cōuertunt:ut ludo lusum rado rasum: cę do cęsum:defēdo defensum:tundo tūsum. Virgilius ī tertio geor. Profugit & tunsum galle admiscere saporem. Idem in eodem. Durū ꝓcudit arator uomeris obtunsi dentem:cauat arbore lyntres. cudo similiter cusū Idem in eodem. Lapidemq; reuertens incusum aut atrę massam picis urbe reportat. Cado quoq; casum facit:ca tamē penultima producta. In omni enim supino siue participio pręteriti producitur a penultima exceptis datum & satum & ratum & statum. Illud etiam sciendū ꝙ n ante do habentia quę amittunt n in pręterito amittunt eandem in supino: & geminant s:si sit penultima breuis ī pręterito:ut findo fidi fissum: scindo scidi scissum. Si n producatur unam habet s:fundo fudi fusum. Cōposita simplicium terminatōnes sequūtur:cedo cessum & pando passum faciūt Quāuis etiam a patior & a pateo passum dicim⁹. Virgilius in iii.ęneid. At pater anchises passis de littore palmis Idem in primo ęneid. Crinibus iliades passis peplumq; ferebant. Ab eō quod est pedo supinū nō inueni A comedo quod est anomalum comesum & comestum inuenitur. Cicero pro cluentio. Abditum in aliqua parte panis:quasi totum colliquefactū in potione esset celerius potius comestum q̃ epotum in uenas atq; in oēs partes corporis pmanaret. Virgilius autem ab eo quod est adedor adesus protulit in xi. Et postibus hęsit adesis. Tendo pręterea & tentū & tensum facit. Virgilius in vii. Audiit & si quem tellus extenta plagaȝ quattuor in medio dirimit plaga solis iniqui. Lucanus ī primo. Et uarias ignis tēso dedit aere formas Idē in secundo. Tensisq; rudētibus acte. Ostēdo quoq; ab eo compositum similiter facit ostentū & ostensum. Lucanus in secūdo Vt scelus hoc syllę:cędesq; ostensa placeret:agnoscendus erat. Apuleius in phędone. Et causam gignendi ostensurū: & immortalitatem animę reperturum. Varro rerum rusticarū i. Ostensus sol. Idem diuinarū tertio. Salute ostenta. Cato ꝓ lucio cęsare ad populū quod ego spero nō ostētuȝ

Tutudi / Tutudi / tutudit / Dedidici / Depoposci / Decurri / Decucurri / Fissum / Scissum / Cessuȝ / Passuȝ / Comesuȝ & Comestum / Adedor / Adesis / Tensuȝ & Tentum / Ostensum & ostentuȝ / Virg. / Virg. / Cicero / Virg. / Virg. / Lucan. / Lucan. / Lucan. / Apuleius / Varro / Varro / Cato

In omni supino sine participio pręteriti producitur a penultima exceptis datū statū satū & ratū.

Ostentū quoq; quando monstrū significāt nomē est participiale quomō factum & dictum:& uisum ab ostendendo futura dictum. Strido & strideo tam tertię q̃ secundę coniugationis inuenitur. Virgilius in octauo ęneidos. Stridūtq; cauernis stricturę calybum & fornacibus ignis anbelat Lucanus in vii. Auribus incertum feralis strideat umbra. Iuuenalis in quarto. Iam stridunt ignes:iam follibus atq; caminis. Horatius ī secūdo sermonuȝ. Stridere secreta diuersos aure susuros penultima correpta. Statius uero eandē protulit productā. Nil stridere domi. Idem in nono. Stridebit uestros tydeus inbumatus ad ignes. Pręteritum perfectū eius debet secundum analogiam in do uel in deo desinentium: & penultimam uel antepenultimā naturaliter longam habentium ín si terminari: ut rado rasi:trudo trusi:ludo lusi:strideo strisi:sed puto euphonię causa nō esse in usu strisi sed stridi:quod ut superius diximus usus quoq; comprobat. Statius in quarto. Huiȝ ī aspectę luco stridere sagittę. Actius in alcestide. Cum strideat retracta rursus inferis. Sido pręterea sidi facit. Cuius etiaȝ passiuum sidor sideris inuenitur. Lucanus in tertio. Sidentia pessuȝ corpora cęsa tenent. Satius in secundo. Summisq; insiditur astris cuius pręteritum in usu non est: dubitationis uel alternitatis causa: debuit eni sisi esse: sed utimur pręterito: sedeo sedi:pro supradicto pręterito uerbi. In do unum anomalum inuenitur:edo es est. Vetustissimi tamē edo edis edit dicebant: correpta prima syllaba. Neuius in carbonaria. Tibi serui multi apud mēsam adstant ille ipse astat quando edit. Non potest enim in hoc iambo penultima syllaba longa esse:ut intelligatur pręteritum ne sit σκάζον. Plautus in lipargo. Nihil moror mihi futum in alio apibus qui peredit cibum: corripitur enim penultima. Lucilius in quarto. Qui edit se:hic comedit me. Supinum eius tam esum ut supra dictum est q̃ estum exigit usus: ut possit dici. Virgilius in nono. Et postibus hęsit adesis. Idem in tertio ęneidos. Ambesas subigat malis consumere mensas. Cicero pro cluentio. Abditum in aliqua parte panis quasi totum liquefactum in potione esset celerius potius comestum q̃ epotum in uenas atq; in omnes partes corporis permanaret. In go.r antecedente si non sint a regendo composita: go in si conuertentia faciunt pręteritum perfectum: ut mergo mersi: spargo sparsi: tergo tersi:dicitur tamen & tergeo. Alia in.xi conuertunt go pręsentis:& faciunt supradictum tempus: ut rego rexi:cingo cinxi: ango anxi: tingo tinxi:pingo pinxi. A regendo composita: quanuis in pręsenti syncopam penultimę e patiantur tamen in pręterito perfecto eam euphonię causa seruant: ut porrigo porrexi: pergo perrexi: surgo surrexi. Nam porrigo & corrigo & arrigo e in i conuertentia aptissime secundum proportionem seruant simplicis declinationem. Excipiuntur: frango fregi: ago egi: lego legi: quorum

Ostentum / Strideo / Strido / Virg. / Lucan. / Iuuenal. / Horati / Statius / Statius / Stati / Accius / Lucani / Plaut. / Lucili / Virg. / Virg. / Cicero / Stridi / Sidi / esum / estum / Tergo & Tergeo

cõposita sequuntur simplicis declinationem:confringo confregi: perfrigo perfregi:& exigo exegi: subigo subegi:cogo coegi: perlego perlegi: relego relegi. Excipiuntur ex hoc composita: negligo neglexi: & intelligo intellexi:quod ãtiqui interlego dicebãt intellexi:& diligo dilexi:pango quoq; pegi:ex eo compositũ impingo impegi facit.Pacuuius.In medio tonsilla pegi lęto in littore. Lucanus in quinto. Sufficit ad factum belli fauor iste laborq; fortunę:q; te nostris impegit harenis.Simplex tamen pango etiam pepegi facit secundum Carisium:& panxi.Sed antiqui tamen pango dicebant pro paciscor.Cicero in secundo ad herennium. Pacta sunt quę legibus obseruanda sunt hoc modo.Rem ubi pagunt oratione pagũt. Tãgo pręteritum tetigi facit:& pungo pupugi vel punxi. Varro in primo humanarum. Vt habent farii qui uocantur αἰγίπτιοι & in africa psilli quorum ophiogenistum arbitrantur suppositum esse aliquem in stirpe: si admoueãt ut pungat colubra cũ pupugerit:si de genere sit uiuere:si nõ sit mori.In eodem admota aspis cum pupugerit si nõ occidat:sciat ex psillorũ stirpe esse.Neuius in glaucoma.Et cũ eo obsonio stilo mihi in manũ pupugit.Expũgo uero expunxi dicimus:at repũgo repupugi & repunxi: ut Capro uidetur.Cum ei qui nos pupugit talionem: idest uicem a nobis redditã ostendimus:repupugi diximus. Quando uero de ratione uel kalendario loquimur:repũxi dicimus. A tango quoq; cõposita nõ duplicãt primam syllabam cotingo contigi: attingo attigi. In quibus notandum q; penultima pręteriti corripitur:pręsentis uero producitur. Ab ago & frãgo & lego composita seruãt simplicium pręteritũ:ut exigo exegi:prodigo prodegi:& dego degi:abigo abegi: infringo infregi: perfringo perfregi: colligo collegi:relego relegi:qd' differẽtię causa nõ mutauit le in li:quãuis perago a immutabile seruauit:& dego per syncopã a euphonię causa protulit.Excipiuntur mutantia simplicis declinationẽ quę superius posuim? negligo neglexi:diligo dilexi:intelligo intellexi quãuis Aemylius macer in decimo sexto annalium. Omnium nostrum neglegerit auctoritatẽ ,p neglexerit ait.Supina in si quidem facientia pręteritũ per sum ,pferunt secundum supradictam regulam:ut mergo mersi mersum: tergo uel tergeo tersi tersum:spargo sparsi sparsum. Alia oia uero go in ctũ cõuertunt:ut rego rectum:ungo unctum: tingo tinctum: lego lectum: pungo punctum:ago actum.Abiiciunt tamen n euphonię causa hęc quę penultimam a habent uel i:ut frango fractum: pango pactum: tango tactum fingo fictum: pingo pictum: stringo strictum:ringo rictum. Excipiuntur:cingo cinctum:tingo tinctum:& stingo stinctum. Et ex eis composita Succingo succinctum:extingo extinctum. Ango quoq; differentię causa seruauit n in supino:anctum.Nam ab ago actum fit. Quidam tamen etiam anxus eius participium protulerunt. Et omnia supina in

Pango pegi
impingo impegi

Pepegi & panxi
pango pro paciscor
Pupugi vel punxi

Quod differentię causa non mutauit. le. m li. q̃si dicat quemadmodũ faciunt alia composita a lego unde colligitur intelligo esse pferendũ nõ intellego ut vult poliianus. ./.

Extingo compositũ ab ex & stingo.

Pacuuius
Lucan
Varro
Varro
Hemi
Aemili macer

compositione integras seruant simplicis litteras : q̃uis in aliis modis mutentur: ut rego rectum: pergo & porrigo perrectum:& porrectum : ago actum:cogo coactum:abigo abactum:tango tactum:contingo cõtactum:frango fractum:defringo defractum:pango pactum:impingo impactum. Et possumus hoc existimare differentię causa in plerisq; fieri: ne si perictum & abictum & defrictum impictum diceremus:alias significationes monstrare putarentur. Lucanus in quinto. Impactę cesse fores. In gor deponentia mutant eam in ctum:& faciũt supinũ : ut fungor functum. In bo desinentia mutant bo in xi & faciunt pręteritum:ut uebo uexi:trabo traxi:& secundum supradictam regulam i xi terminantium pręteritum perfectum proferunt supinum: ut uectum : tractum. In lo finientia pręsens:per lui exeunt in pręterito:ut alo alui: colo colui:molo molui:consulo consului:occulo occului.Statius i q̃nto . Raptumq; quę sola parentem occului. Excipiuntur duplicantia l : quę li a muta incipiant geminant principalem syllabam : & li non seruẽt ubiq; eandẽ uocalem: ut pello pepuli:fallo fefelli:tollo tetuli . Pro quo nunc i usu est frequenti sustuli. A tulo quoq; quod ueteribus in usu fuit tetuli dicebant . In compositione tamen non geminant principalem syllabã: ut refello refelli:compello compuli. Alia quoq; eiusdem terminationis o in i conuertũt:ut uello uelli:sed & uulsi dicitur:percello quoq; perculi: & excello uel excelleo exculi:uel ut alii excellui : quorum simplex in usu non est. Psallo quoq; psalli pręteritũ facit.Cicero de suppliciis.Reuellistis atq; in profundum abiecistis. Virgilius in bucolicis. Cum canerem siluas & proelia cynthius aurem uellit & admouit . Lucanus in quarto . Castrorum siccas de cespite uulserat herbas. Idem in sexto . Percussaq; uiscera membris uulsit. Idem in eodem.Illa genę florem primęuo corpore uulsit.Idem in octauo. Auulsitq; manu telumq; affixit harenę. Lucretius ab excello excellis infinitũ protulit penultima correpta . Omnibus ornatum uoluisti excellere rebus.Cicero in primo epistolarũ ad filium. Quare effice & elabora ut excelleas:quod est ab excelleo excelles : cuius pręteritum debet esse excellui : ut caleo calui secundum proportionem secundę coniugationis.Idem tamen in uerrinis: excellit protulit secũdũ tertiam coniugationẽ. Et in primo pro Cornelio.Qui eloquentia cęteris excellit : ex quo debet exculi quoq; esse pręteritum perfectum : sicuti percello perculi . Virgilius in quinto . Perculit & fulua moribundũ extendit arena. Bassus in secundo lyricorum.Calliope princeps sapienti psallerat ore . Supina quidem in tum exeunt:quę nascuntur ab unã l habentibus: ut occulor occultum:colo colui cultum:consulo consultũ.Quę uero duplicant per sum:ut fallo falsum pello pulsum: uello uulsum : excello excelsum:percello perculsum . A psallo supinum nõ legi . Ab alo uero tã altus q̃ altius dicitur.Cicero ,p Plautio. Vbi altus est.Similiter

Lucan
Cicero
Virg
Lucan
Lucan
Lucan
Lucan
Lucret
Cicero
Cicero
Cicero
Virg
Bassus
Cicero

gor
Ho
Lo

Tollo Tetuli pro q̃ nũc in frequenti usu est sustuli . /

Velli & Vulsi

Reuelli

Exculi

Saluſtius in iugurtino. Et omnem ętatem arpini altus. In quibuſdam autem codicibus etiam alitus inuenitur. A tollo quoq; ſupinum deficit ſed pro eo utimur ſublatum. Volo quoq; anormalum uolui facit pręteritum: ex quo nomen participiale naſcitur: uultus: quomodo ex colo cultus: & ex occulo occultus. ¶ In mo deſinentia ſi uocalis lōga antecedat: o in pſi conuerſa faciunt pręteritum: ut promo prompſi: demo dempſi: como compſi. Hęc autem ſi in tum conuertentia faciunt ſupinum: ut ſumo ſumpſi ſumptum: promo prompſi promptum: demo dempſi demptū: como compſi comptū. Alia uero in mo deſinetia: per ui diuiſas exeunt i pręterito: ut uomo uomui: gemo gemui: fremo fremui: tremo tremui. Excipiuntur emo emi: premo preſſi. Et in ui diuiſas terminantiū ſupina fiunt: ui i tum conuerſis correpta penultima: quomodo in oibus ſupinis quę ex huiuſmodi pręteritis naſcentia i habent ante tum: ut uomui nomitum: gemui gemitum: fremui fremitum: tremui tremitum: emi uero emptum facit: quod ideo aſſumpſit p: quia non poteſt m ante t ſine p inueniri eupbonię cauſa: ut ſūptus promptus comptus. Preſſi uero ſecundum in ſi terminantium regulam i in um conuertens facit ſupinū: ut preſſi preſſum. ¶ In no o uel g antecedentibus per ui diuiſas faciunt pręteritum: ut pono poſui: & ab eo cōpoſita: ſuppono ſuppoſui: cōpono compoſui. Antiqui tamen & poſiui protuliſſe inueniuntur. Plautus in uidularia. nunc ut apud uitulum ſequeſtrū poſiuimus. Apuleius in .i. hermagorę. Et cibatum quē iocundū eſſe nobis animaduerterant eum appoſiuerunt. Gigno genui: pro quo geno uetuſtiſſimi protuliſſe iueniuntur. Varro in andabata. Sed quod hęc aliquid genunt ifinitiuū paſſiuum. Lucretius in quarto, ptulit geni. Tanto magis inficiandum totum poſſe extra corpus durare geniq;. A canendo quoq; compoſita ſimiliter pręteritū in ui diuiſas faciunt: ſuccino ſuccinui: occino occinui. Quidam & occano occanui protulerunt. Vt Saluſtius in primo hiſtoriarum. Iuſſu metelli cornicenes occanuere. Sed probus occini quoq; exiſtimat poſſe dici: cum ſimplex cano cecini faciat: quomō a cado cecidi: incido incidi: & a tango tetigi: contingo contigi: m antecedente no i pſi cōuerſa facit pręteritum perfectum: ut temno tempſi. Alia omnia per ui coniunctas proferunt: ſino ſiui: ſterno ſtraui: cerno creui. Non ſolum enim ϛοχάζομαι. κρίνω. ἄυξω. facit pręteritum. Sed etiam cum pro uideo accipitur. Titinius in gemina. Simul & pueras has aſpirare creui pro uidi. Plautus in ciſtelaria. Cum ego te amaui mea antiphila: & mihi amicā eſſe creui: ſimiliter pro uidi. Sperno quoq; ſpreui facit: & lino liui: uel magis differentię cauſa ad nomē liui leui: quod ab leo quoq; ſimplici naſcitur: quod in uſu non eſt: ex quo deleo deleui: unde & lętū dicitur quod delet uitam. Iuuenalis i tertio. Nā quis plura linit uicturo dolia muſto. Terētius i heauto. Releui omnia dolia mea omnes ſerias.

Sublatum
Mo.
No.
Geno
Lini
Lem
Saluſti
Plaut.
Apulei
Varro
Lucret
Saluſti
Titini
Plaut.
Jnue
Tere
Scriptores rerū romanarū

Vetuſtiſſimi tamen etiā lini in pręterito protuliſſe inueniūtur. Varro rerū ruſticarū. Cū oblinerit uaſa. Supina quidē in ui diuiſas terminātiū pręteritū ſubtracta u & addita tum proferūtur: correpta tamē penultima: ut poſui poſitū: genui genitū. A cano tamen cōpoſita: primitiui ſeruāt in ſupino terminatione: cantū eni & ſuccentū dicimus: q̄uis in ipſo nerbo a in i conuertāt ex eo cōpoſita. Sed in ſupino i in e tantū tranſierunt: ſuccino ſuccentū: occino occentū: temno uero tēpſi tēptū facit: ſicut omnia in pſi per pręteritū exeuntia. In ui uero ſyllabā deſinentia mutant eam in tum ſecūdū ſupradictā regulā: ut ſiui ſitū: ſtraui ſtratū: creui cretū: ſpreui ſpretū. Ergo liui quoq; uel lini litum: unde Virgilius in quarto georgicorū. Et paribus lita corpora guttis. Saluſtius i iugurtino Simul gladiū ſanguine oblitū oſtetans. Et ſciendū q̄ tam litum q̄ ſitum & itum quitū citum ſatū corripiūt penultimas: quod i aliis ſupinis quę a pręteritis in ui terminātibus naſcūtur nō iuenitur: ut amaui amatum: moui motū: neui netū: faui fautū: cupiui cupitū: muniui munitum Caper & ſino ſitus: ſicut nequeo nequitus corripuit penultimam. quod uſus ubiq; approbat. Cicero pro Cornelio. Coeptū igitur p eos qui uolebant deſitum eſt per hūc qui deceſſit. Ecce hic manifeſtiſſime oſtēdit orator a deſinor eſſe deſitū. Sic ergo & a ſinor ſitus. Q̄ autē penultimę ſupradictorū ſupinorū corripiūtur: poetarū exēpla docebūt. Virgilius a pręterreor in octauo. O mihi pręteritos referat ſi iuppiter ānos. Idē in decimo ab obeor. Morte obita quales fama eſt uolitare figuras. Ouidius i faſtis: Sol aditus quā quęris ait ne uana labores. Nupta iouis fratri tertia regna tenet. Terentius in ecyra. Nam cū cōpreſſa eſt nata forma i tenebris noſci non quita eſt. Eſt enim quaternarius iambicus. Lucanus in octauo. Hic ſitus eſt magnus placet hoc fortuna ſepulchrū: In eodē. Illita tela dolis: nec matrē cominus unq̄. Virgilius in quarto ut prędictū eſt. Et paribus lita corpora guttis. A cieo uel cio cōpoſita tā corripientia q̄ producētia penultimā inueniūtur. ¶ In po deſinens m antecedēte unū inuenio rumpo: quod ſubtracta m & o in i cōuerſa facit pręteritū penultima producta tam in ſimplici q̄ in cōpoſitis ab eo. Rūpo rupi: abrūpo abrupi: corrūpo corrupi. E breuē uero penultimā habentia mutāt o in ui diuiſas ut ſtrepo ſtrepui. R uero uel l uel e productā ante po habentia o in ſi cōuertētia faciūt pręteritū: ut ſcalpo ſcalpſi: carpo carpſi: repo repſi: ſerpo ſerpſi: ſarpo ſarpſi. Lucanus in tertio. Sed per iter longū cauſa repere latenti. Supina i pi quidē terminatorū fiunt mutata i in tum: ut rupi ruptū. In ui uero ſeparatas: ſubtracta u & addita tum: ſtrepui ſtrepitū. In pſi āt exēūtia ſecūdū ſupradictā regulā: mutata ſi i tū: ut ſcalpſi ſcalptū: ſculpſi ſculptū: repſi reptū: carpſi carptū. ¶ In ro finita p ui ſylla bā termināt: ut tero triui quero quęſiui: ſero ſeui. Nā ſero ſeras a ſera ob dita natū ſeraui facit. A ſero ſeris tamen cōpoſita quando mutant ſim-

Lim
Vrr.
Sallust
Cap
Cicero
Virg.
Virg.
Ouidi
Terent.
Lucan
Lucan
Virg.
Lucan
Litū. Sitū. Itū. gtū citū. Satum.
Sino, Situs
Deſitus
Quita eſt
Po
Ro

Quaternarius ſambicus.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

plicis ſignificatione: per ui ſeparatas proferunt pręteritũ o in ui cõuerſa
deſero pro derelinquo deſerui. Inſero pro immitto inſerui. Si.n. de arbore
dicã inſero inſeui facit: & participiũ inſitus: nõ iſertus. Virgilius ĩ buco-
licis. Inſere nunc meliboee pyros: pone ĩ ordine uites. Idẽ ĩ ſecundo. Mu-
taq; inſita mala ferre pyrum. Vetuſtiſſimi tamen in ſimplici ſerui, p
tuliſſe iueniũtur pro ordinaui & ſeui. Ennius ĩ pręceptis. Tibi uidet aue
nã loliũ creſcere. Inter triticũ ſeligit ſecernit aufert ſedulo ubi operã addi
dit quã tãto ſtudio ſeruit. Duo iueniũtur ſupradictę terminatõis uerba
quę duplicãt ſ in pręterito ante i: gero geſſi: & uro uſſi. Verro.n. ſecũdũ
Seruiũ facit uerſi: ſecũdũ Chariſiũ aũt uerri: quod & uſus approbat. Lu-
cinus macer pro tuſcis quos oportuit an iſſa reſtituere: biſce etiã relliq;
as auerrerũt. Publius ĩ muromũtbone cellas ſeruorũ cõueirì. Curro etiã
repetita priore ſyllaba cucurri facit pręteritũ: quod in cõpoſitione iueni-
tur apud quoſdã auctorũ geminatione primę ſyllabę ſeruãs: apud alios
minime. ut Virgilius in quarto ęneidos. Decurrere iugis: alia de parte
patẽtes: trãſmittũt curſu cãpos. Liuius ĩ. xxii. ab urbe cõdita. Qua cuiq;
proximũ decurrere. Idẽ in. xx. Et ſi ferocius procurriſſẽt. Cato cõtra. G.
Piſonẽ. Video hac tẽpeſtate ad oẽs aduerſarios cucurriſſe. Terentius in
ecyra. Vna illarũ interea ppere percucurrit. Cęſar ad Virgiliũ. Excu-
curriſti a neapoli: Plautus ĩ ſticho. Percucurri ut nũtiarẽ nuntiũ exopta-
bilẽ. Supina eorũ ĩ ui ſyllabã terminãtiũ pręteritũ mutatõe o ĩ tũ, pferũ
tur ſecũdũ ſupradictã regulã: ut triui tritũ: quęſiui quęſitũ. Seui uero ſe-
cundũ analogiã ſetũ debuit facere: ſed differẽtię cauſa ſetũ, p zetũ dicen
tes proferre hoc ſatũ tradiderũt. Et ſciendũ q; in nullo alio participio ſi-
ue ſupino ſeu nomine participiali a penultima corripitur: niſi in ſupra-
dicto & aliis tribus: ſatus ratus ſtatus datus. Reor quoq; ratus facit par-
ticipium: ut puto differẽtię cauſa: q; ritus & aliud ſignificat: & retus pro
retit⁹ dicebãt: quõ ſaucius, p ſauciatus: & laſſus pro laſſat⁹: & lacer⁹, p la
ceratus: & potus, p potatus. Difficile.n. inuenis e uerbi in a conuerti per
participiũ ſiue ſupinũ: niſi in ſupradictis uerbis. In cõpoſitõe uero a ſu-
pradictorũ ſupinorũ ſiue participiorũ in i conuertũt correptã: ſatus inſi
tus obſitus. Virgilius in primo georgicorũ. Mutatãq; inſita mala ferre
pyrũ. Cicero in frumẽtaria. Vt cũ obſitũ leontinũ agrũ uidiſſes. Deſe-
rui uero deſertũ: & iſerui inſertũ: & exerui exertũ faciũt ſupina. Quę ue-
ro duplicant ſ ante i: mutant ſi ĩ tum ĩ ſupino: ut geſſi geſtũ: uſſi uſtum.
Duplicantia uero r ante o in pręſẽti: in ſũ cõuertentia faciũt ſupina: ut
curro curſũ: uerro uerſũ. In ſo deſinẽtia o in i cõuertẽtia aſſumunt ui
& faciunt pręteritũ: ut laceſſo laceſſiui laceſſitũ: arceſſo arceſſiui arceſſi
tũ. Saluſtius in primo hiſtoriarũ. Domicium pręconſulem exteriore hi-
ſpania cum omnibus copiis quas parauerat arceſſiuit. Idẽ ĩ ſecundo hi-
ſtoriarũ. Argẽtũ mutuũ arceſſiuit: Cicero pro roſcio. Arceſſiuit aliquẽ

Inſero pro Immitto Inſerui
ſi de arbore dicam Inſeui
& in participio Inſitus

Geſſi
Uro Uſſi

Percucurrit

Ratus

So Laceſſiui
Arceſſiui

Virg.
Virg.
Cicero
Liuius
Liuius
Cato
Terẽ
Cęſar
Plaut
Virg
Cicero
Saluſ.
Saluſ
Cicero

laceſſo laceſſiui: ſic & Probus, & uidetur mihi ~~in hoc~~ dicere melius ~~laceſſiui q̃ laceſſi~~. Participiũ.n. laceſſitus paſſiuũ. Caper ~~enim~~ laceſſi dicit
eſſe ut faceſſi profert exẽplũ Lucilii quo uſus eſt in. xxiii. Nã uetus ille
Cato laceſſiſſe appellari: q; conſcius non erat ipſe ſibi. Sed põt laceſſiſ-
ſe p ſyncopã eſſe prolatũ ui ſyllabę: ut cupiſſe petiſſe dicimus: p petiuiſ
ſe cupiuiſſe. Saluſtius in ſecundo hiſtoriarũ. Diuerſa uti ſolet rebus per-
ditis ~~capeſſiuit~~. Idẽ in quarto. Igitur legiones pridie ĩ mõte poſitas acceſ
ſiuit. Faceſſo uero & capeſſo & uiſo: quę poſſumus dicere deſideratiũa
ſignificãt enĩ ~~deſideratione~~: faceſſo deſidero facere: capeſſo deſidero ca
pere: & uiſo deſidero uidere. Frequẽtatiua enim eſſe nõ poſſũt cũ primę
coniugatõis nõ ſint. Hęc eadẽ ſecũdũ Diomedẽ & Chariſiũ o ĩ i cõuerte
tia faciũt pręteritũ perfectũ: ut faceſſo faceſſi: capeſſo capeſſi: uiſo uiſi.
Similiter & quęſo quęſi. Probus tamẽ quęſiui dicit: & melius q̃ uis pri-
mitiuũ quoq; eius: ideſt quero quęſiui facit pręteritũ. Saluſtius in primo
hiſtoriarũ. Curionẽ quęſiui uti aduleſcẽtior & populi ſuffragiis integer
ętati cõcederet mamerti. Cicero ĩ diuinatõe. Ipſe, pfecto metuere incipi
es: nec inocenti periculum faceſſeris. Inuenitur tamen in quibuſdam co
dicibus faceſſieris. Pinſo pinſui facit pręteritum: quod Probus, uſu
Pomponii. Neq; molis molui: neq; palatis pinſui. Supina eorum in
ſitum exeũt: arceſſitũ laceſſitũ capeſſitũ: ſecundũ in ui deſinẽtiũ regulã
de qua ſępe in ſuperioribus diximus. A pinſo aũt piſtũ debet eſſe: unde
piſtor nomen uerbale: ut paſtũ paſtor: uſtũ uſtor: geſtũ geſtor. In to can-
tecedẽte iuenio pecto: cuius pręteritũ pleriq; pexui. Caper tamẽ pectiui
Chariſius pexi protulerunt. Mecenas ĩ octauia. Pexiſti capillũ naturę
muneribus gratũ. Similiter necto nexui & nexi. Virgilius ĩ q̃nto. Et pa
ribus palmas amborũ inexuit armis. Saluſtius in primo hiſtoriarũ. Ne-
xuit catenę nodo. Lucilius ĩ q̃nto. Hic ſolus uigilauit opinor: & cũ id mi
hi uiſus eſt facere tũ retia nexit. Propertius. At tibi qui noſtro nexiſti re
tia lecto. Flecto uero flexi facit & plecto plexi ãtiq;. Liui. ĩ. vi. Erotopęg-
mõte Andromacha pdudũ manu laſciuola ac tenellula capiti meo tre
pidãs bibens ĩſolito plexi munere. Nũc.n. plector & ãplector dicĩus: ſed
plector quoq; eſſe paſſiuũ Terẽtius oſtẽdit in phormione. Ego plectar
pendens. Ebreui antecedẽte in to deſinẽtia duo iueni: peto petiui: &
meto meſſui. Cato ĩ ſecũdo originũ. In cãpo tiburti ubi ordeũ demeſſui
Idẽ in mõtibus. Serit ibi ordeũ. Idẽ iterũ metit. Caſſius Emina in tertio
annaliũ. In cãpo tiburti ubi ordeũ demeſſuerit. R antecedẽte ſimiliter
duo iueni: uerto uerti: ſterto ſtertui. Perſius. Cor iubet hoc emi poſtq̃ de
ſtertuit eẽ meonides q̃ntus pauone ex pythagoreo. Geminata uero t an
te o unũ mitto miſi: & in ſto unũ ſiſto: cuius pręteritũ quando actiuã hẽt
ſignificationẽ tã ĩ ſimplici q̃ in cõpoſito deficit. Quando uero abſolutã
& ſimilẽ ſto uerbo: cõmune cũ eo hẽt pręteritũ: ut reſiſto uel reſto reſtiti:

Lucilius
Saluſtius
Lucilius
propert.
Liuius
Terẽtius
Cato
Cato
Caſſius
Perſius

dicit

/. tamen /.
.. laceſſiuit
Faceſſi
Capeſſi
Quęſi
To.
pexui
pexi
pectiui
Nexui
Nexi
plector
Mitto

& consisto & consto cõstiti: persto & persisto perstiti. Supina eorũ quę in xui uel xi pręteritũ terminãt: per xũ exeunt: ut nexui nexũ: pexui uel pexi pexũ: flexi flexũ. Similiter faciunt supinũ quę i ctor desinũt deponentia: amplector amplexũ. Petiui uero secũdũ analogiã in ui terminantiũ pręteritũ facit penultima producta petitũ. Similiter messui messũ: sicut censui cẽsũ. Misi uero duplicauit s in supino missũ. A sterto. n. supinum non inueni: nec a sisto. Deponẽtia uero in tor desinẽtia nulla antecedẽte cõsonãte tor i sum cõuertũt: utor usũ: nitor nisũ. Inuenitur tamen etiã nixum. In xo duo inueniũtur o in ui cõuertẽtia in pręterito: texo texui: & nexo nexas nexui. Ouidius in quarto methamor. Luna quater plenũ tenuata retexuit orbẽ. Cicero i secũdo de oratore. Sic omnia quę fiũt: quę aguntur leuioribus principiis natura ipsa retexuit. Virgilius in quinto Nexãtẽ nodis seq; in sua mẽbra plicantẽ. Idẽ in eodẽ. Et paribus palmas amborũ innexuit armis. Liuius. Nexebant multa inter se flexu nodorũ dubio. Accius in deiphobo. Nos cõtinuo ferrũ eripimus: omnibus manicas neximus. Supia alterũ per tũ: alterũ per sũ finiũt: texũ: nexũ. unde Virgilius in octauo. Et clipei nõ enarrabile textum Idẽ i quito. Qui prim9 modos & uicula linea rupit. Quis inexa pedẽ malo pẽdebat ab alto.

De pręterito perfecto quartę coniugationis.

Quartę cõiugatõis uerba omnia actiua uel neutralia i io desinũt: exceptis eo queo & ueneo: & ex eis cõpositis. In cio igitur desinẽtia duarũ excedentia numerũ syllabarũ simplicia n ãtecedẽte: cio i xi cõuersa faciũt pręteritũ perfectũ: ut uicio uixi sãcio sãxi. Vetustissimi tamen & sãciui & sãcii proferebãt. Pomponius secũdus ad thraseã. Sãcierat ius utile ciuitati. Si autẽ nõ n habuerit cio i si mutata faciũt pręteritũ: sarcio sarsi: farcio farsi: raucio rausi: fulcio fulsi: quod & Probo placet: q̃uis alii differẽtię causa fluxi posuerũt. Cicero i primo de oratore. At Aesopũ si paulũ irrauserit explodi. In eodẽ. Peranguste refersit in oratõe sua. Idẽ pro Cornelio libro secũdo. Qui eis rebus urbẽ italiãq; referserũt. Idẽ i secũdo tusculanarũ. Ex quibus uerbis etiam omnia referserũt. Alia uero oia supradictę cõiugatõis uerba secũdę psonę pręsẽtis: abiecta finali s & addita ui faciũt pręteritũ perfectũ. Quę tamẽ etiam subtracta u cõsonãte: & correpta penultima i licet proferre: ut scio scis sciui uel scii: & ab eo composita: ascio asciui uel ascii. Similiter cio cis: quod & cieo cies dicit' ciui uel cii: & ab eo cõpositа: cõcio cõcis cõciui uel cõcii: audio audiui uel audii: mollio molliui uel mollii: munio muniui uel munii: sęuio sęuiui uel sęuii: eo iui uel ii. queo quiui uel quii: ueniõ ueniui uel uenii. Solinus i collectaneis. Tacius i arce: ubi nũc ędes ẽ iunonis monetę: qui ãno quito postq̃ ĩgressus urbẽ fuerat a laurẽtibus ĩterẽptus septuagesima olympiade hominẽ exiuit. Salustius i catili. Sed neq; pretio neq; gratia ĩpelli quiuit. Idẽ i primo historiarũ. Neq; se reci pe aut instruere proelio quere

Missum a Misi
A sisto supini nõ inuenitur. Vnde cõsideranda Impter stator unde dicatur
Nisum
Nixum
Cio
eo
Queo
Veneo
Sarsi
farsi
Rausi
fulsi
fluxi
Ouidius
Cicero
Virg.
Virg.
Liuius
Accius
Virg.
Virg.
Pompo
Probus
Cicero
Cicero
Cicero
Cicero
Solinus
Salust
Salustius

Suffio suffiui uel suffii: quod q̃uis a neutro passiuo cõpõatur: tamẽ quia significationẽ mutauit: mutauit etiam declinationẽ. Vnde Virgilius i quarto georgicorũ. At suffire thymo cęrasq; recidere inanes. Suffire dixit secũdũ rectã rationis declinationẽ: cũ simplex eius fieri sit. Excipiuntur haurio hausi. Inuenitur tamẽ hauriui uel haurii. Varro in. xxiiii. ad Ciceronẽ. Cũ idem haurierit. Sepio sepsi: sentio sensi: uenio ueni: apio aperui: cũ uidetur a pario cõpositũ: quod uetustissimi nõ solũ secũdũ tertiam: sed etiam secũdum quartã cõiugationẽ declinabãt: unde Ennius. Oua parire solet genus pẽnis cõdecoratũ. Igitur cõposita ex eo si pricipalẽ syllabã purã nec ex itegra prępositione habuerit: io i ui cõuertũt i pręterito: ut aperio aperui: cooperio cooperui. Reperio uero duplicauit p i pręterito: q ppe dimiuta una syllaba repperi. Simile ẽ pręteritũ a cõpio cõperi. Sũt & alia ex hoc ipso cõposita deponẽtia: experior: opperior: quorũ participia expertus & oppertus ostẽdũt a pario esse cõpositа: cuius participiũ partus est. Salio saliui uel salii & salui. Virgilius in bucolicis. Dulcis aquę saliẽte sitim restringere riuo. Idem pręteritũ in. ii. georgicorũ. Mollibus in pratis unctos saliere per utres. In quibusdã tamẽ inuenitur etiã saluere scriptũ. Idẽ in. xi. ęneidos. Portisq; ab equo regina sub ipsis desiluit. Idẽ in quito. Haud mora prosiluere omnes: ferit aurea clamor sydera. Lucanus in quarto. Insiluit solo nociturus pondere puppim. Statius in nono thebaidos. Excussi salierũt cuspide dentes. Idem in eodẽ. Insiliere uadis magnoq; fragore solutus agger. Ouidius in. xi. methamor. Cũ sępe assiluit defensę moenibus urbis. Idẽ in quarto fastorũ. Per flãmas saluisse pecus saluisse colonos. Quadrigarius in sexto annalium. Arcorius dextrã taureę humerũ sauciat atq; ita resiliit. Cambio ἀμείβομαι ponit Charisius: & ei9 pręteritũ cãpsi: quod ἀπὸ τοῦ κάμπτω ἔκαμψα grẽco esse uidetur. Vnde & campso cãpsas solebãt uetustissimi dicere. Ennius in decimo. Leucathan cãpsãt. Aio cuius declinatio in usu frequẽti non ẽ quartę cõiugationis esse ostẽditur: & ab imperatiuo in i terminãte. Sic enim Probus de dubio perfecto tractãs ostendit Neuiũ protulisse. An nata est spõsa pregnãs aut ai: aut nega. Actius i ione. Quibus nam te aibãt ortũ locis: pro aiebãt: quod i hac cõiugatiõe fieri solet. Et ẽ notandũ in hoc uerbo: q̃ pares habẽt syllabas tres persõę: aio ais ait: quod in alio huius cõiugatõis uerbo non iuenis. & penultima primę solius personę producitur: quę sola i habet loco cõsonantis. Vnde tertia quoq; pluralis quę solet a prima fieri similiter i consonãtẽ habens producit penultimã. Q̃ aũt in aliis corripitur: ostẽdit usus. Virgilius i prio. Sic ait & dicto citi9 tumida equora placat. Et Neuius. An nata ẽ spõsa pręgnãs uel ai: uel nega. Nã nisi corripitur a iambus stare nõ põt. Inuenimus tamẽ tertiã psonã pręteriti ait quasi a prima ai aisti ait: quę tamen in usu nõ sunt. unde nec pfecti nec plusq̃ perfecti: nec subiũctiui

Virg.
Ennius
Parere
Salui · Salii · Salij
Virg.
Virg.
Virg.
Virg.
Lucanus
Statius
Statius
Ouidius
Ouidius
Quadrig
Ennius
Cambio Campsi
Campso · as ·
probus
Neuius
Accius
Aibant
Arimus
Virg.
Neuius
Accius in · ione ·

futuri in hoc uerbo declinatio inuenitur. Pōt etiā ait prēsēs pro prēterito accipi. Supina in xi quidē terminātiū secūdū supradictā regula in ctum exeunt: uinxi uinctū: & sāxi sāctū: sanciui uero facit sancitū. Vnde Lucanus. Quod porro nequeas sācitū quādo q dē extat. In si uero prēteritū perfectū finientia l uel r antecedētibus: mutāt eā in tū in hac cōiugatione: & faciunt supinū: ut farsi fartū: farsi sartū: unde & sartores & fartores: & ex his cōposita confertio confertū: refertio refertū. Cicero in secundo tusculanarū. Tu iecore optimo farta & saciata. Alia uero ī si desinētia. supradictā regulā seruāt: idest generalē in si desinētiū: sesi sesū: rausi rausū. unde Lucilius ī decimo nono. Rausuro tragicus qui carmina pdit oreste. Haurio hausi haustū: differētię causa assūpsit t: q̄ uis & aspiratiōe differat. Sepsi uero septū secūdū proportionē ī supradictis expolitā facit. Veni uero uentū & aperui apertū faciunt. sicut pario partū: & ex eis oia cōposita: aduenio aduētum: cōuenio cōuentum: cōperior cōpertū: experior expertū. Alia uero omnia quę tā in ui q̄ ī ii termināt prēteritū perfectum: in tum faciūt supinū penultima producta: tam in hac q̄ ī aliis coniugationibus: ut audiui uel audii auditū: muniui uel munii munitū: sciui uel scii scitū: arcessiui uel arcessii arcessitū: cupiui uel cupii cupitū. Excipiuntur ī eo desinētia: & dissyllaba aliarū cōiugationū: quę penultimā supini corripiunt: ut eo iui uel ii itū: adeo adiui uel adii aditū: prētereo prēteriui uel prēterii prēteritū: queo quiui uel quii quitū: sino siuii uel sii situm: lino liui uel lii litū: quod rarissimo in usu est: cieo ciui uel cii citū corripit penultimā: quādo uero a cio cis: quod quartę cōiugatōis est: producit eā. Pono quoq; quod antiqui posiui: ī frequētī autem usu facit prēteritū posui: corripit penultimā in supino positū. Veneo quoq; secundū analogiā uenitū debet facere supinū: pro quo magis est uenū ī usu. Et supradicta auctoritate ueterū cōprobātur sicut iā superius ostēdimus: rursusq, referamus ī memoriā. Virgilius in octauo. O mihi prēteritos referat si iuppiter ānos. Idem ī octauo. Amphitrioniades armēta abitūq; paret. Idem ī quito. Iāq; bos aditus atq; bos aditus omnēq; pererrat. Idē ī decimo. Morte obita quales fama est uolitare figuras. Ouidius ī quarto fastorū. Sol aditus quā quēris ait ~~ite~~ me uana labores. Nupta iouis fratri tertia regna tenet. Idem ī heroidibus. Tempore quo nobis inita est cerealis eleusis. Terētius ī ecyra: Nā cū cōpressa est gnata forma in tenebris nosci nō quita est. Iuuenalis ī quarto. Nā coitus iā lōga obliuia uel si coneris iacet exiguus cū ramice neruus. Antepenultima quoq; ī futuri tēporis participio corripitur. Idem cōprobat Virgilius in secūdo ęneidos. Si periturus abis & nos rape in oia tecū. Lucanus ī quito. Tum lurida pallēs Ora tulit uultu sub nubē tristis ituro. Cieo citus penultima correpta facit. Statius ī tertio thebaidos. Atq; hic īgētī capaneus mauortis amore Excitus & lōgā pridē īdignātia pacē: Corda tumēs. A cio uero citus

Sancui sancitum

Lucanus

Cicero

Lucilius

Cuedwoeui. de penultima supini

Itum

Aditum

preteritum

Quitum

Situm

Litum

Citum

Venum

Citus

Virg.

Virg.

Virg.

Virg.

Virg.

Ouidius

Ouidius

Terent.

Iuuen.

Virg.

Lucan.

Stati.

penultima producta. Virgilius ī tertio. At genus est siluīis cyclopū & mōtibus altis. Excitum ruit ad portus & littora complet. Sinor situs: & desinor desitus penultima correpta. Cicero pro Cornelio ī primo. Coeptū igitur per eos qui agi nolebat: desitū est per hūc qui decessit. Idē ī primo rhetoricorū. Et si nō ab eo quod in pximo desitū erit: deinceps icipietur. Inde etiā situs dicitur pro negligētia. Virgilius in septimo. Sed te nicta situ ueriq; effoeta senectus. Idē ī secūdo georgicorū. Mutatūq; insita mala Ferre pyrum. & in quarto eorūdē. Et paribus lita corpora guttis. Ideo autem diximus dissyllaba ī ui desinētia secūdę uel tertię cōiugationis ī supinis uel participiis prēteriti corripere penultimā: q̄ siue sint quartę dissyllaba producūt penultimā: ut scio scitus siue ultra duas syllabas alterius quoq; cōiugationis producitur: arcessiui arcessitus: cupiui cupitus nisi a dissyllabis cōposita: ut īsitus īcitus illitus. Lucanus ī octauo. Illita tela dolis nec martē cōminus unq̄. Ausa pati uirtus. Virgilius ī sexto. Quatit ungula cursu incita: nec domini memorū proculcat equorum. Similiter impositus prępositus. Iuuenalis ī primo. Si te prępositi nōdū pudet atq; eadem est mēs. Virgilius ī tertio. Impositis auro dapibus. Prēterea notādū q̄ sepelio sepeliui uel sepelii sepultū ī frequētiori usu est supinū. Antiquissimi etiā sepelitū dicebāt. Vnde Cato ī thermū. Mortuus est: sepelitus est. Salio quoq; saliui uel salii saltū facit. unde Virgilius in sexto. Cū fatalis equus saltu super ardua uenit Pergama. Idē in undecimo. At medias ĩter cędes exultat amazon. Solēt enī frequētatiua plerūq; a supinis uel participiis uel prēteritis nasci. Sallio sallitū facit: sallo sallsū: quomō uello uulsū. Sisēna. Sic meā paludē multi piscīū salliēdorū causa a nauibus semibonustis cōmeāt. a sallio salliēdorū dixit nō sallendorū. Salustius in tertio historiarū. Parte cōsumpta reliqua cadauerū ad diuturnitatē usus sallerēt. sallerēt dixit a sallo: nō a sallio. Similiter Lucilius ī octauo. Sallere murenas mercē ī frigidaria ferre. Inde etiam participia futuri salliturus & salsurus. Liuius. Salliturus istęc mittā salem. Mumius. Istęc sū multo sale salsurus: sed etiā participium prēteriti salli tus & salsus. Cornelius seuerus ī octauo. De statu suo ad quē salliti pumiliones afferebantur. Ambio ab eo cōpositū solū mutanit penultimā e in i. itaq; ī io quidē desinētium regulā seruauit ī supino & participio: quippe producta penultima ambitus ambita ambitū. In nomine aūt siue uocabulo rei differentię causa ī eo terminantium regulā sernās corripuit penultimā ambitus. ut Ouidius in primo methamorpho. Iussit & ambitę circūdare littora terrę. Lucanus in primo. Lętalisq; ambitus urbis Annua uenali referens certamina campo. Quāuis Scaurus ī utroq; similem tenorem putauit. Sed Velius celer respōdēs Adriano imperatori de hac interrogāti declinatione & tenore ābitus nomē a participio ostēdit discerni: quod usu quoq; ut ostēdimus cōfirmatur.

n c°

Situs

Lauren. 174

Virg.

Virg.

Virg.

Virg.

Virg.

Lucan.

Virg.

Virg.

Sisenna

Salusti.

Lucili.

Liuius

Mumius

Cornelius Seuer.

Ouidius

Lucan.

Scaur.

Velius Celer.

Sepelitum

Ambitus

Velius Celer respondens adriano impatori.

Explicita nominis & uerbi ratione. Modo in isto undecimo libro de participio tractemus.

Qui tertio loco participiū posuerūt rectius fecisse uidentur: cū enī nomē & uerbū primū & secūdū tenuerunt locū: participiū quod ex utroq; nascitur: sequē tē iure exigit. Quęsitū tamē ē an bene separauerit id ab aliis partibus grāmatici. Primus trypho quē Apollonius quoq; sequitur maximus artis auctor grāmaticę. Stoici quomō articulū & pronomē unā parte orōis accipiebāt īfinitū articulū uocātes quē ~~grāmatici~~ articulū: ei quoq; adiūgētes etiā infinita nomina uel relatiua: quod etiā Didymus facit tractās de latinitate. Finitū autē articulum dicebāt idē stoici: quod nunc pronomē uocamus finitū; quod ~~et~~ uera ratione solū pronomē ē dicēdū. Ergo romani quoq; artiū scriptores stoicorū secuti traditionē pronomina finita dixerūt & infinita: nam articulos nō habent. Sic igitur supradicti philosophi etiā participiū aiebāt appellationē esse reciprocam idest ἀντανακλάσον προσηγορίαν hoc modo legens ē lector: & lector est legens: & cursor est currēs: & currens est cursor: amator est amans: & amans est amator. Vel nomen uerbale uel modū uerbi casualē. Vnde uidētur nostri a sciuisse inter uerba gerūdia uel participialia: cū uideantur ea assumere casus. Ideo participiū separatim nō tradebāt partē orationis: q̄ nulla alia pars orōis sēper ē ī deriuatiōe: nullā ꝓpriā positionē babēs nisi participiū. Cęterę .n. partes prima īpositione inuētę sunt: ad quā deriuatiua etiā aptātur. Omnis enim pars orōis quocūq; modo deriuata: uel in eadē notione siue diffinitōe primitiui sui accipitur: & eādē habet ei diuisionē: & eadē accidētia. Vel in aliud quod iā ante erat suppositū ~~etiā~~ ꝓpria & naturali positione: unde deriuatiuū ꝓpter similitudinē eius quod iā erat ātē ex se ortū ei addebat: ut pater nomē: paternus nomē. Similiter rex & regalis: taurus & taurinus nomina. Quicq d enī accidit primitiuo accidit etiam deriuatiuo. Ferueo uerbū & feruelco uerbum. Similiter facio & facesso: uideo & uiso desideratiuū: uerba sunt ab eodē ī idē. Sed etiā bene male derinata aduerbia a noibus ab alio ad aliud nata sūt ad similitudinē ī propria īpositione inuētorū: ut pene nēpe. hęc enī a se orta sūt. Quicq d enī accidit his: accidit illis: & quod suum ē aduerbiorū per oīa uerba currūt. Quātum igitur ad hoc idest q̄ ī primitiuis & ī sua positione nō īueniūtur: participia uidētur stoici bene fecisse. Sed rursus ꝓhibet esse nomīa tēporū diuersorū assūptio: quę fit ī ꝓpriis trāsmigrationibus ad similitudinē uerborum. Sed si quis dicat q̄ nomina quoq; multa īueniūtur tēpus significātia: respōdebimus q̄ hoc ītereſt inter participia & nomina tēporalia: q̄ noīa illa nihil aliud significāt nisi ipsū tēpus per se: ut annus mensis: dies meridies: hodiernus hesternus

ut ego tu

s. orationis

1. a se ortū. 1. paternus vocabatur deriuatiuū ad similitudinem patris q̄ est nomē ex se ortum & nō deducitur aliunde

cf transfigurationibus ex codice antiquo

cf transfigurationibus

crastinus: nec ī propriis trāsmigrationibus. participia uero actionē uel passionē aliquā ī diuerso tēpore fieri demōstrāt nō tēpus ipsū ꝑ se: & q̄ eos sequūtur casus: quos & uerba ex quibus nascūtur. Et q̄ uerborū significationes habēt. & q̄ pro uerbo ponuntur. quorū nihil est suū noīs. Omne enī nomen a quocūq; uerbo natū: uel genitiuū sequitur casū uel datiuum figurate per cōpassionē: quā grēci συμπάθειαν uocāt: ut amicus illius: lector illius: speculator illius: auditor illius: uictor illius: & datiuū ut amicus illi ē: tutor illi est. Et notādum q̄ plerūq; substātiuū uerbum: quod grēci ὑπαρκτικόν uocāt solet adiūgi huiuscemodi figurę īnueniūtur tamē pauca & ablatiuū sequentia: ut dignus illa re: mactus uirtute. Accusatiuū uero figurate. ut exosus bella: prēsēs futura. Participiorū enim loca uidētur posita illorū cōstructionē seruasse. uerba autē & participia genitiuo uel datiuo uel accusatiuo uel ablatiuo solent associari: ut misereor illius: miserens illius: parco illi: parcens illi: oro illū: orans illū careo illo: carens illo. Et actiua quidē plerūq; accusatiuū sequūtur: passiua uero ablatiuū uel datiuū figurate: genitiuū admodum pauca. Sed de his si deus annuerit cū de dispositione uel cōstructione partiū orationis scripserimus: idest περί συντάξεως exponere latius conabimur. Ergo si uerborū seruauerint cōsequētiā participia sunt. Sin amissis tēporibus casus quoq; quos nomina solēt uerbalia sequi attrahant trāseūt in ea: ut amans illū participiū est. amo enī illū dicimus: amans aūt illius nomen est: ut amator illius. Itaq; & tēpus amittit: & cōpationē assumit: ut amās amātior amātissimus. Acceptus ab illo participiū ē: q̄ & accipior ab illo dicimus. Acceptus illi nomen: ut amicus illi. Ideoq; tēpore quidē caret: & cōparationē adsciscit: ut acceptior acceptissimus: & ea quidē sunt quibus ostēditur participiū aliud esse q̄ nomē uerbū autē id esse nō pōtest cū casus habeat: & declinationes & genera ad nominū formā. nullū enī uerbū pōt hoc habere. Itaq; cū & uerbi quędā ꝓhibēt hoc esse nomē: idē tēpora & significationes: & nominis propria ꝓhibēt esse uerbū. idest genera & casus. Quęcūq; .n. pars orōis habet genera apud grēcos: uel latinos habet & casus: & quęcūq; habet casus & genera: exceptis paucis indeclinabilibus mansit participium mediū inter nomē & uerbū. unde rationabiliter hoc nomen ē ei a grāmaticis īditū per cōformationē duarū partiū orōis prīcipaliū. Nec solū participiū: nō ab aliqua propria ui: sed ab affinitate nominis & uerbi nominatū est: sed alię quoq; ꝑtes quinq; orationis: nō a sua ui: sed ab adiūctione quā hēnt ad nomē & uerbū uocabulū acceperūt. pronomē enī dicitur q̄ pro nomine ponitur: & aduerbium q̄ uerbo adiungitur: & prępositio quę tā nomini q̄ uerbo prępōnitur: & cōiūctio quę cōiūgit ea: & interiectio quę his interiacet. Vnde ē dicēdū q̄ si nō fit nomē nec uerbū: nec alia pars constare poterit. Itaq; quibusdā philosophis placuit nomen & uerbū solas esse partes orationis. Cętera

Mactus virtute

Exosus bella

Prēsens futura

Amans illius.

Acceptus illi

Interiectio unde dicit

admĩnicula uel iũcturas earũ ~~erant~~:quomodo nauiũ partes ſunt tabulę trabes. Cętera aũt.i.ſtuppa ~~nõ ex eadẽ cõſtat materia~~:& claui & ſimilia uincula:& cõglutinationes partiũ nauis:hoc ẽ trabiũ & tabularũ nõ partes nauis dicũtur:ſed eſt obiiciẽdũ ad hoc:q̃ cęra & ſtuppa nõ ex eadẽ cõſtant materia:ex qua tabulę & trabes coniunctiões aũt & prępoſitiones & ſimilia ex eadẽ ſũt materia:ex qua nomẽ & uerbũ cõſtãt:hoc eſt litteris & ſyllabis & accẽtibus & intellectu. Itaq; etiã per ſe prolatę q̃ partes ſunt orationis oſtendũt. Quid enim eſt aliud pars orationis niſi uox indicãs mentis cõceptũ:ideſt cognationẽ. Quęcũq; igitur uox litterata profertur ſignificãs aliq̃d iure pars orationis eſt dicẽda. Q. ſi nõ eſſẽt partes loco eorũ ~~aliq̃~~ noĩa pònerentur:cũ loco cęrę & ſtuppę in naui tabula fungi nõ poteſt. Inuenimus aũt loco aduerbii nomẽ:una:multum:falſo: qua:& pronomẽ ſimiliter eo illo:& loco cõiũctionis tã nomẽ q̃ pronomen quare ideo:& aduerbiũ loco noĩs:ut mane nouũ:& ſpõte ſua: & euge tuum:& belle tuũ:& cras alterum. Sed ſi qui cõpaginẽ uidẽtur pręſtare nomini & uerbo nõ ſũt partes orõis dicẽdę. Ergo nec partes corporis debemus accipere neruos:q̃ ligant mẽbra & articulos:quod penitus uidetur abſurdũ. Multo igitur melius qui principales & egregias partes dicunt nomen & uerbũ:alias autẽ his appẽdices. Q. aũt participiũ nomẽ accepit a confirmatione nominis & uerbi nihil mirũ cũ iueniũtur quędã nominationes etiã ex negatiõe naſcẽtes:ut neutrũ genus:quod nec maſculinũ eſt nec foemininũ:& infinitũ uerbũ quod perſonã nõ habet. Participiũ eſt igitur pars orõis:quę pro uerbo accipitur:ex quo etiã deriuat̃ naturaliter:genus & caſũ habẽs ad ſimilitudinẽ nominis: & accidentia uerbo abſq; diſcretione perſonarũ & modorũ. Ideo autem repertum eſt participium q̃ nomini uerbum adiũgitur:ſed nõ aliter niſi ſit noĩatiuus caſus ei perſonę adiũctus:ſecũdum quã profertur uerbum:ut facio ego bonus:facit ille bonus. Cũ igitur flectas nomẽ ĩ obliquos caſus uerbum ei adiũgi nõ poteſt ĩtrãſitiuũ. i. ἀμετάβατον:hoc eſt ĩ ſua manẽs perſona. Nam μεταβατικά dicũtur:ideſt trãſitiua:quę ab alia ad aliã transeũt perſonam ĩ quibus ſolẽt obliqui caſus adiũgi uerbis:ut miſereor tui moderatur imperator militibus. hic enim quia ab alia perſõa ad aliam trãſit uerbi ſignificatio utimur obliquis. Cũ igitur ſũt ĩtrãſitiua : q̃a nõ poſſũt obliqui caſus his adiũgi loco uerbi ſubit participiũ : ut bonus homo loquebatur:boni hoĩs loquẽtis orationẽ audiui:bono homini loquẽti dedi:bonũ hominem loquẽtem audiui:bono homine loquẽte delectatus ſum. Vbiq; enim participium loco uerbi ĩtrãſitiui accipitur :uocatiuus quoq; quomodo noĩatiuus ĩtrãſitiuis adiũgitur:ut doctus, loquens, proficis :& docte, loquens proficis uel profice. Sicut igitur pronomen eſt ideo inuentum ut adiũgi primę & ſecũdę perſonę uerbi poſſit. Noĩa.n. tertię perſonę coniungi uolunt abſq; uocatiuo caſu :qui ſemper ſecundę

adiũgitur perſonę:Sic participia ĩuenta ſũt:ut quod deeſt uerbis.i.caſus cõpleant cõiũcta noĩbus. Nec ſolũ per obliquos caſus utile eſt participiũ: ſed etiã p̃ noĩatiuũ. diuerſa enim uerba abſq; cõiunctione adiũgere non potes:ut lego diſco:uel doceo diſcis nõ ẽ dicẽdum. Sed lego & diſco: uel doceo & diſcis. Nã hoc propriũ eſt tã trãſitiuorũ q̃ intrãſitiuorũ. participiũ aũt ſi proferas pro aliquo uerborũ:adiungas ei uerbũ bene ſine cõiũctione: ut legens diſco:pro lego & diſco:& docente me diſcis: p̃ doceo & diſcis. Cõtra autẽ diuerſa noĩa ſi ad unũ referãtur ſine cõiunctione oportet ea proferre niſi adiectiua geminẽtur:ut pius Aeneas:Marcus tulliꝰ cicero. Si enĩ dicas pius & Aeneas:uel Marcus & tullius & cicero: quaſi de alio & alio dicis. Accidẽtia uero ſiue adiectiua ſi geminẽtur: neceſſe eſt ĩterponi coniũctionẽ:ut bonus & iuſtꝰ:& pius:& fortis Aeneas. Verba quoq; & participia ſi ſequãtur ſeſe coniũctione egẽt:ut legit & ſcribit doctor loquẽs & currens facit; nec mirũ propria quę ĩſecabilẽ ſubſtantiã demõſtrãt:ut Socrates. Nec appellatiua:quę ſecabilẽ.i.generalẽ:& ſpecialem:quę diuidi poteſt ſubſtãtiã indicãt:ut animal.corpus.homo.taurus.equus.aurum.lapis.nõ egere coniũctione. diuerſę enim ſubſtãtię in uno cõiũgi nõ poſſũt. Itaq; cum dicam Cornelius Publius: Scipio Africanus:nõ egeo coniũctiõibus. Vnã .n.bis indico eſſe oĩbus ſubſtãtiã. Similiter homo eſt aĩmal ratõale mortale diſciplinę capax:cũ unã ſubſtãtiam ſignifico:q̃uis multorũ cõmunẽ nõ egeo cõiũctionibus: quę diuerſas ſolẽt res cõiungere. diuerſę aũt ſubſtãtię ĩ eodẽ eſſe nõ poſſũt. Accidẽtia aũt quę ſubſtãtię iam ante ſuppoſitę accidũt poſſũt eſſe diuerſa in eadem ſubſtãtia:ut ſi dicã Marcus tulius cicero:q̃a una eſt ſubſtãtia nõ eget coniũctionibus. Sin autẽ dicam ſapiẽs & eloquẽs & felix Cicero:diuerſa oſtẽdo accidẽtia ĩ una ſubſtãtia. Itaq; egent coniũctione. Illud quoq; admonẽdum q̃ quẽadmodũ coniũgitur aduerbium uerbo:ſic etiã participio. Nec mirũ cũ pro uerbo ponitur:ut bene legẽs delectat : pro bene legit & delectat:& q̃uis ab ĩdicatiuis deriuãtur uerbis participia. poteſtate tamẽ & ui ſignificationis omnes cõtinẽt modos:exponẽs doceo: p̃ expono & doceo:utinã exponẽs docerem:pro utinam exponerem & docerem:cum exponẽs doceam:pro cum exponam & doceam:exponẽs docere uolo:pro exponere & docere uolo. eius igitur obtinet uim modi uerbo cuius coniũgitur:& ĩ hoc quoq; quãtam habeat cũ ĩfinito coniũctionẽ oſtẽditur. Infinita enim ſimiliter cum ab ĩdicatiuo naſcũtur, p̃ omni accipiũtur modo:dico enim ſcribere me ĩdico: p̃ ſcribo:ſcribere te impero: pro ſcribe: ſcribere me opto pro utinã ſcriberem. ſcribere me uolo cum legam:pro cum ſcribã legẽ~~re~~am. Nec mirũ in his una uoce tã diuerſas ĩueniri ſignificatões:cum ĩ multis aliis quoq; hoc ĩuenitur dictionibus : ut circum nomẽ & aduerbium:eo pronomẽ & uerbum & cõiũctio & aduerbium. Similiter in aliis pluribus hoc ĩuenis:ſicut ſupra dictũ eſt . Igitur

participiū inuētū est:ut ī noiatiuo quidem sine cōiunctione proferatur cum alio uerbo:ut legens doceo:pro lego & doceo:quę cōpositio ītrāsitiua est:hoc est ī se ipsā ostēdit manere personā. Obliqui uero casus pticipiorum ad hoc sunt utiles:q̄ nō solū sine cōiūctione proferūtur cū obliqs casibus noinū:sed etiā ad alias trāseūt personas:ut docētis potior:doceti respōdeo:docētem audio:& illo docēte didici. Ergo noiatiuus & uocatiuus ītrāsitiuus solet esse:ut legēs ego homo facio:pro lego ego homo & facio. Et similiter uocatiuus o homo legens bene fac: idest o homo bene lege & fac. Cęteri uero magis trāsitiui ut prędictū ē:ut bellātis hominis misereor:pro bellat homo & eius misereor:imperāti homini obedio:ꝓ imperat homo & ei obedio:docētem hominē audio:ꝓ docet homo & eū audio:lucēte sole uideo:pro lucet sol & uideo:nisi ipse in sese faciat kata ideopathiam proferatur. tunc enim utimur cōsuetudine trāsitiuorū: quę alopathiam significant:ut misereor mei legētis:prębeo mihi legēti accuso me legentē:fruor me legente:& participia ad eū casū maxime referuntur:quē uerba desiderant ut supra dictū ē:misereor tui:misert⁹ tui inuideo tibi:inuidēs tibi:accuso te:accusās te:dignor te illa re: dignans te illa re.

De accidentibus participiorum.

Accidūt autem participio sex. genus casus tempus significatio numerus & figura. Genus masculinū:ut amatus:foemininū ut amata:neutrū ut amatū:cōmune triū generū:ut hic & hęc & hoc legens. Nā cōmune duū generū:& epicbenon ī participio ipsa natura prohibet. Cū enim uerba ex quibus nascūtur participia pariter omnibus adiūgantur generibus:ut legit uir:legit mulier:legit mācipiū:necessario participiū: quod ex eo proficiscitur eisdē generibus associatur. & siquidē in ns desinit:quod fit in prēsēti tēpore quod ē ī perfectū: ~~etiā prēteritū~~ sine dubio triū generū est cōmune ad formā nominū adiectiuorū:quę cū ī duas finiunt cōsonātes trium generū sūt cōmunia. Sin aut uero ī us finiātur:masculina pariter ad similitudinē adiectiuorū in a finiūt foēinina:& in um neutra:quod fit in omni prēterito tēpore & ī futuro: nec mirū ad formā adiectiuorū hęc dirigi:cū pene uim habeant participia quoq; adiectiuorum nominum. Accidētia enim propriis uel appellatiuis noibus significāt uelut illa:ut bon⁹ homo:scribēs homo:& illud accidit:& hoc accidit fortis Scipio:scribēs Scipio. Nec uos moueat q̄ sunt quędā uerba quę ad mares pertinēt uel ad foeminas: quę uidētur exigere ut participia sint: uel masculina solū uel foeminina:ut futuo nubo:futuēs nubēs. Nā illud ad mares:hoc ad foemīas pertinet solū. Sed illud attēdamus q̄ adeo natura ipsius uerbi & participii cōmunis est trium generū:q̄ siue uituperationis causa siue figurate licēt maribus aptū uerbū uel participiū:foemnis quoq; adiūgere & cōtrafacere:utputa. Bona anima futuit illā foēinā

ī etiam prēteritū ex codice antiq

ī possum

ꝓ bonę animę uir. Ergo & bona anima futuēs bonā foeminā:gignit bonā animam. Et bonum corpus futuēs gignit bonum corpus. Nec uitiosā facio orationē:adiūgens & foemininō & neutro generi uerbum & pticipium:quod ad mares solos uidetur attinere. Et contra uituperationis causa possū dicere ut Iuuenalis in secūdo. Nubit amicus:& nuptus uir:& figurate bonus mulieris animus nubit mihi:& nuptus est mihi. Ergo sine dubio omne participium uel in duas desinit cōsonātes:& trium generum est:uel mobile in us masculinū:in a foēininū:ī um neutrū termināt

De formatione participiorum.

Tempora cōiuncta habēt prēsētis & prēteriti imperfecti:& prēteriti perfecti & plusq̄ perfecti:tā participiū q̄ infinita uerba ad similitudinē optatiuorū. Nascitur autē prēsētis & prēteriti imperfecti a prima prēteriti imperfecti persona in omni cōiugatione. Nec mirū cū prima persona honestior est cęteris:ipsa enim sine illis esse ~~non~~ potest: illę autē sine hac esse nō possūt:& ea illas sibi cōiūgere potest: illę autē eam minime. Ego enim & tu & ille faciāmus licet dicere:tu aūt & ego facitis uel ille & ego faciunt nemo dicit. Virgilius ī tertio eneidos. Diuellimur inde Iphitus & pelias mecū. Fit autē participiū mutatione extremę sylłabę supradicti tēporis & personę. ī. bam ī ns:ut amabā amās: docebam docēs:legebā legēs:faciebam faciēs:inueniebam iueniēs. Exceptis in eo desinētibus quartę cōiugationis uerbis:quę cōtra aliorū regulā ī habent ante bam productā:quā tamē antiqui per diphtongū scribētes trāsmutatione uocalinm factā ostēdebāt:ut adeibam: ꝓ adiebā:queibā ꝓ quiebam:quod ēt ī aliis uerbis sępe solet fieri:ut polibā pro poliebā:insignibam pro īsigniebam. Nec tamē id ꝓhibuit participia ad perfectorū nasci regulā. dicimus enim iens adiēs quiēs poliēs īsigniēs. hęc tamē eadē pticipia:quę a uerbis ī eo desinētibus:quartę cōiugatōis nascūtur anormale per obliquos casus pro ie eu habuerūt. Iēs eūtis:quiēs queūtis futuri tēporis participia sī sūt a uerbis actiuis & neutris uel deponētibus:fiūt ab extremo supiorū addita rus:amatu amaturus. doctu docturus: lectu lecturus:auditu auditurus:statu staturus:locutu locuturus. A cōmuni quoq; uerbo quod in futuro tēpore habet duo participia:unū quod actiuum in rus:alterum uero passiuū ī dus. Illud quod ī rus desinit secūdum supradictā fit regulā:criminatu criminaturus:osculatu osculaturus. Passiua uero eiusdē tēporis participia futuri fiūt a genitiuo participii prēsētis:tis finali ī dus cōuersa:ut amās amātis amādus:docēs docētis docendus:legēs legētis legēdus:audiēs audiētis audiēdus:prēteriēs prētereuntis prētereūdus. trāsiēs transeūtis trāseūdus. Prēteriri uero tēporis participia quę in tus uel ī sus uel ī xus desinūt similiter a supino extremo fiūt addita s & correpta u. Nascūtur aūt a uerbis passiuis:ut amatu amatus: domitu dōitus:doctu doctus:deletu deletus:mersu mersus:pexu pexus:

Vrg

Iens
Adiens
Quiens
poliens
Insigniens

emtis &
Queimtis &

auditu auditus. A cõmunibus:criminatu criminatus:consolatu cõsolatus. A deponẽtibus:for fatu fatus:reor ratu ratus:uereor ueritu ueritus: loquor locutu locutus:molior molitu molitus. A neutro passiuo:gauisu gauisus:factu factus. A neutris uero paucis pręteritum nascitur: cenatu cenatus:pransu prãsus: placitu placitus:nuptu nuptus. Excipitur mortuus a morior:cuius supinũ est secundũ analogiã moritu:& hinc moriturus. Pręterea dubitabatur utrũ potatu potaturus & potatus secundũ analogiam:an potu poturus per syncopã melius dicatur quę i usu sunt. Virgilius i bucolicis. Huc ipsi ad potũ ueniet per prata iuueci. Idẽ i .iii. georgicorum. Quoq; modo potis gauderent intima fibris. Lucanus in quito. Strimona lic gelidum bruma pellẽte reliquũt: Poturę te nile grues. Ex quo ostenditur potus quoq; participiũ esse. Nec mirũ cum lautus & lauturus pro lauatus & lauaturus i usu est. Nã secũdum Terẽtiũ lauatus & lauaturus debet proferri: qui supinũ lauatũ protulit in eunu. Vix elocuta est: hoc foras simul omnes proruũt abeunt lauatũ prostrepunt. Vnde Ouidius in tertio fastorũ. Siluia uestalis quid enim uetat ide moueri Sacra lauaturas mane petebat aquas: Queritur ortũ ortu unde ort? an oritũ oritu unde oriturus. Horatius i primo epistolarũ. Nil oriturum alias nibil ortum tale fatẽtes. Partum partu:unde partus:an paritũ paritu unde pariturus. Erutũ erutu unde erutus:an eruitum unde eruitur? Luca. in. iii. Impẽdẽt caua saxa mari ruituraq; sẽp: Stat mire moles. Cassum cassu:unde cassus:an caritũ caritu unde cariturus. Iuuenalis i secundo. Tollere dulcẽ Cogitat beredẽ cariturus turture magno. Virgilius in secũdo ęneidos. Demisere neci nũc cassũ lumine lugẽt. Quibusdã tamẽ hoc idest cassus magis uidetur nomẽ ~~q̃ uerbum~~ ut lassus. In anomalis quoq; supradictę regulę seruãtur: latu laturus latus: ferẽs ferẽtis ferẽdus esu esurus esus: edẽs edẽtis edẽd?. Et sciẽdũ q̃ si deficiãt supina: deficiũt etiã participia tã futuri tẽporis in rus desinẽtia q̃ pręteriti quę ex ipsis nascũtur: quod inuenis i oibus meditatiuis & ĩcboatiuis: in quibus deficiũt duo extrema: quibus deficiẽtibus supradictorũ quoq; tẽporũ deficiunt participia. Rarissime iueniuntur supradicta supina in usu a neutris secũdę cõiugationis uel tertię i uo desinẽtibus: quę i ui diuisas faciũt pręteritũ perfectũ: ut lecturio parturio esurio boresco feruesco amasco miseresco labesco hisco horreo tepeo algeo egeo calleo ferueo stupeo lateo cãdeo niteo albeo renuo luo. Rarissime tamẽ ut diximus iueniũtur ex quibusdam huiusmodi supina: uel futuri tẽporis participia: ut doleo doliturus: careo cariturus. Et alia tamẽ multa iueniũtur deficiẽtia i aliis quoq; significationibus: uel generibus uerborũ: tã supina q̃ ex eis nascentia: ut urgeo spuo metuo timeo medeor disco posco compesco cresco. Et quocũq; tempore defectiua sũt uerba: deficient etiam participia: ut ambigo scãdo niteo uergo areo mando strideo: q̃uis apud uetustissimos eorum

Lauatum
Ortum
Oritum
Paritum
Partum
Erutum
Eruitum
Cassum
Caritum
si supina
Virg
Virg
Lucr
Ter
Ouid
Hor
Luca
Juuen
Virg

quoq; pręterita inueniũtur: ferior quoq; & uescor: q̃ pręteritũ tẽpus non habent. deficiunt etiam i participiis eiusdẽ tẽporis. Coepi nõ habet pręsens nec futurũ: nec participiũ: sed tantũmodo pręteritũ coeptus. Similiter odi osus: noui notus. ex quo perosus & exosus. Plautus i amphitrione Inimicos sẽper osa obtuerier. Et uerbale tamẽ nomen ex eo protulit. Idẽ in asinaria. Madidũ nibil incõtinẽtẽ atq; oforẽ uxoris suę. & memini meminens. Liuius erotopegmon. quarto meminens Varro corde uolutat: quia memini tam pręsentis q̃ pręteriti uim habet: quomodo odi: unde & osus: pro pręsenti & meminens pro pręterito licet accipere. Nam nosco noui pręsẽs noscẽs facit. Similiter impersonalia deficiunt in supinis & participiis: quia ex supinis nascũtur: ut piget pudet: q̃uis quidã pudi tum posuerunt. ut Plautus in bacbidibus. Neq; me neq; tu te intus pudi tum est: factis quę facis. Tedet poenitet piget liquet libet licet oportet: sed cõpositũ pertesũ inuenitur: & poenitẽs unde poenitẽtia: & libẽs & licens unde licẽtia & licitus. unde Virgilius in cctauo. Et licito tãdem sermone ferũtur. Horatius. Licẽtiũ satyrorum greges. Sciẽdum tamẽ q̃ hęc omnia inueniũtur perfectorum declinationẽ habẽtia in usu ueterum teste Capro: pigeo pudeo tedeo poeniteo liqueo liceo oporteo: quomodo placeo contingo euenio uaco attineo accidũt iuuo delecto: quorũ tertię p sonę impersonaliũ uice fũguntur: placet contingit euenit uacat accidit attinet iuuat. Nõ tamẽ etiã si participia deficiãt deficiunt & uerba. Illa enim ex eis non ista ex illis nascũtur. Sũt tamen quędã participia quorũ q̃uis deficiant uerba in usu: ratio tamẽ analogię q̃ dici possũt ostẽdit: ut triumphatus erratus regnatus laboratus decursus. Virgilius i. xi. Ille triumphata capitolia ad alta corintho. Idẽ i septimo. Regnata per arua Saturno quõdam. & in primo ęneidos. Arte laboratę uestes. Idem i tertio. Errata retrorsus Littora achmenides comes ĩfelicis ulyxis. Terẽtius in ꝓdelphis. Decurso iã spatio. Quid enim prohibet uerbis quoq; eorũ uti: nisi auctoritas deficeret. Nec mirum hęc fieri in participiis: cũ i nominibus quoq; iueniũtur. Et i uerbis quędã deriuata uel cõpositã: quorum primitiua uel simplicia i usu non sũt: ut dicius puella diminutiuũ: quod uidetur a puera nasci: ut enim tener tenera tenella: sic puer puera puella debuit dici: quo tamẽ quia auctores quorũ maxime usus regnauit: non sũt usi: nec nos utimur licet iueniãtur uetustissimi protulisse & hęc puera: & hic & hęc puer. Ocior quasi ab occo quod nõ ẽ i usu: licet & a gręco ẽ oreoc. Offẽdo quasi a fendo uerbo cõponitur: quod nõ est lectum: sicut a spicio ĩspicio despicio conspicio respicio suspicio a uerbo spicio: quod in usu non est: similiter hoc idem i plurimis aliis inuenies. ¶ Sunt quędã quę cũ formã habeãt participiorũ: tamen carentia tempore nomina esse ostẽdũt: ut galeatus scutatus pileatus tunicatus manuleatus: caligatus gemmatus bacchatus plaudatus togatus pretextatus comatus bracatus

plautus
Plautus
Liuius
Varro
Plautus
Virg
Hora.
Virg
Virg
Virg
Virg
Coepi
Coeptus
Osus · exosus & pos?
Notus
Meminens
Pertesus
Poenitens
Licentia &
Licitus
Triumphatus
Regnata
Errata
Laborata
Decurso spatio
Galeatus
Scutatus
Pileatus
Tunicatus
Manuleatus
Caligatus
Gemmatus &c

penulatus ſoleatus criſtatus baſtatus lunatus limatus ſtellatus litterat⁹ turritus ceritus pellitus cornutus aſtutus birſutus. Quędā enī primę coniugationis participiorū formā obtinēt. i. in atus deſinētia. Quędā uero tertię ideſt in itus uel in utus terminātia. Sunt alia eadem & nomina & participia: ut armatus ὁ ὁπλισμένοσ καί ὁπλίτησ doctus ὁπαιδευθείσ καί ὁπαιδευτόσ: acutus ὁ ὀξυνθείσ καί ὀξύσ: monitus παραινούμενοσ ἢ παραινεσισ ὑποθήκη: iudicatus ὁκριθείσ καί ὁκριτήσ: ſanctus ὁθεσπιζθείσ καί ὁθεσπέσιοσ: ſapiens ὁ φρονῶν καί ὁφρονίμοσ: armatura ἡ ὁπλίσασα καί ἡ ὁπλισισ: ſcriptura ἡ γράψουσα ἢ γραφή: uſura ἡ χρησομένη καί ὁτόκοσ ἢ χρησισ: litura ἐξαλίψουσα καί ἢ ἐξαλοιφή: factum τό γενόμενον καί τό ποιητόν: dictum τό λεχθεν καί ὁ λόγοσ. uiſum τό ὡραθέν καί τό ὅραμα: legēdus ὁ λεχθησόμενοσ καί ὁ λεκτέοσ ὁ ἀναγνωσόμενοσ ὁ ἀναγνωςέοσ: amād⁹ ὁ φιληθησόμενοσ καί ὁφιλητέοσ. Sic & alia plurima quę cum tēporibus participia ſunt: abſq; his nomina. Illud quoq; attende: q̄ cum a nominibus nomina & uerba & aduerbia & coniūctiones ſoleant per deriuationes uel compoſitiones proficiſci: ut ab ęnea ęneius: a patre patriſſo: a claro clare: & qua & re quare. Et a uerbis ſimiliter nomina & participia & aduerbia: a lego lector & lecturio & legens: a curro curſim. Ab aduerbiis nomia & aduerbia: ut ultra ulterior ulterius: a participiis participia non poſſūt naſci. nec uerba: ſed uel nomina ut īdulgēs indulgētia: uel aduerbia indulgēter.

Sunt quędam eadem nomina & participia.

Armatus
Doctus
Acutus
Iudicatus
Sanctus
Sapiens
Armatura

De caſibus participiorum.

CAſus quoq; participia ſex habēt quemodo nomina: nec ſunt ī ipſis deficiētia aliquo caſu: nec mirum eſt. Nam in eo quoq; ~~mutāt~~ adiectiua: quę nullo deficiunt caſu ſiue ſint mobilia: ſiue in duas cōſonātes deſinētia. Quę enim deficiunt fixa ſūt: ut fas ditione iuppiter iouis. Item preci & prece: uicem & uice: tabi tabo: maria ęra. Nā frugi & nihili & mancipi & huiuſmodi & ſimilia nō deficiūt aliquo caſu certo: ſed pro omni caſu eādem terminationē fūgūtur q̄uis poſſūt eadem hęc figurate magis prolata ut dictū ē per genitiuū & datiuū q̄ indeclinabilia eſſe uideri: ut ſi dicā cordi eſt mihi homo: cordi hominis: hoc eſt hominis qui ē mihi cordi: cordi homini: cordi hominem. & poſſū cū omnibus caſibus figurate iūgere datiuū: ſic frugi homo: ideſt qui frugi eſt: hoc eſt utilitati Similiter cum omnibus caſibus adiūgūtur figurate & eſt magis datiuus & hoc etiam de nomine latius tractauimus. Declinātur etiā participia ad ſimilitudinem & regulam nominum in ns deſinētium uel ī us mobilium. exceptis ut ſupra dictū ē illis quę naſcūtur a uerbis quartę cōiugationis ī eo deſinētibus: quorū genitiuus uocales nominatiui mutāt ī eu: iens eūtis quiēs queūtis: q̄uis Plautus ſupinū eius abiēdi dixit pro abeūdi ī amphytrione. Abiēdi etiā tibi nūc occaſionē.

Abiendi

Plautus

De temporibus participiorum.

TEmpora participiis accidunt eadem: quę uerbis īfinitis: pręſens: quod eſt etiam pręteritū imperfectū: ut oſculari oſculans: pręteritum perfectū quod eſt etiam pręteritū pluſq̄ perfectū: ut oſculatum eſſe uel fuiſſe: & oſculatus: futurum oſculatum iri: & oſculaturus. Et ſciendū q̄ non ex omni ſignificatione omnia tempora inueniūtur. Nā cū quinq; ſint ſignificationes: actiua paſſiua neutra cōmunis & deponēs. Ab actiua quidem & neutra pręſētis & futuri ueniunt participia: ut amans amaturus. In quibus q̄ a pręteritū deficit loco participii: uerbo utimur & nomine īfinito: ut qui amauit ὅσ ἐφίλησε ὀφίλησασ. Quomodo enim loco uerbi participium accipitur neceſſitatis cauſa cum uerbo ſubſtantiuo: ſic etiam ubi participium deficit: neceſſario uerbum infinito nomini ſubſtātiuo iunctum participii officio fūgitur. Paſſiuum quoq; pręteritum & futurum habet: ut amatus & amandus. In pręſēti autē deficit pro quo ſimiliter uerbū cū prędicto nomine proferimus dicentes: qui amat ὅσ φιλεῖται pro ὅφιλούμενοσ. ex quo oſtenditur quoq; ſignificatio participii: quę tā nominis q̄ uerbi uim obtinet: q̄ & hęc pro illis: & illa pro his ponūtur. Dicimus enim legens eſt qui legit: & qui legit legens ē: coenatus eſt qui coenauit: & qui coenauit coenatus eſt. Illud quoq; ſciendū: q̄ ſępe & pręterito pro pręſenti: & pręſēti pro pręterito utuntur auctores neceſſitatis cauſa: cū deficiant: & in or deſinētia pręſēti: & in o terminātia pręterito. Participium tamen pręſentis quod etiam pręteritum impfectum ſignificat: ſolet coniūgi uerbis pręteriti perfecti & pluſq̄ perfecti & ſignificationem eorūdem complere: quomodo uerba pręſētis temporis ſi adiūgantur participiis pręteriti: pręteritum ſignificāt: ut coenatus ſum coenatus es: coenatus eſt: pro coenaui coenauiſti coenauit. Sic ergo ſi dicam coenans fui fuiſti fuit: pro coenaui coenauiſti coenauit. Coenatus fueram ras rat: pro coenaueram coenaueras coenauerat poteſt accipi. Itaq; quod deeſt latinitatis linguę naturaliter completur iunctura ratiōe Multa tamen in his quoq; quę regula exigit dici: ſiue euphonię cauſa deficiunt: ſiue q̄ in uſu non ſunt: ſicut etiam in aliis partibus orationis. A neutris ut diximus ſicut ab actiuis duum tēporum participia ueniunt: pręſentis ut ſtans: futuri ut ſtaturus. Inueniūtur tamen quędam ex eis & pręteriti tēporis: ut coeno coenatus: prādeo prāſus: placeo placitus: nubo nuptus: pateo paſſus. & patior tamē paſſus facit: aſſuefco aſſuetus q̄dē q̄ Quibuſdam nomen eſſe uidetur: ſicut quieſco quietus: luro etiam iurātus: quod etiam in paſſiua ſignificatione inuenitur: quippe etiam uerbum ipſum. Luca. in quinto protulit. Et lętę iurantur aues bubone ſiniſtro. Statius etiam in ſeptimo thebaidos. Numina captiuus etiam iurabere thebis. Virgilius in ſecundo georgicorū. Aut coniurato deſcendēs dacus ab iſtro. Addunt quędā etiā a careo caſſus: quod ſi eſſet: deberet

ut amatus ſum uel fui

Coenatus
Prānſus
Placitus
Iuratus

Cāſſus

Luca.
Statius
Virg.

cassurus facere futurum:non cariturus:quod Iuuenalis in.ii. ptulit. Tollere dulcem Cogitat heredem cariturus turture magno: ut supra cõmemorauimus. Ergo cassus magis est nomẽ sicut lassus: & maxime cũ uanum signif.cat:ut cassa fraude parat. Titubo quoq; titubatus facit. Virgilius in quinto eneidos. Vestigia presso haud tenuit titubata solo: & ĩ aliis multis neutrorum preteriti participia inueniũtur uetustissimi protulisse:ut discessus interitus obitus occasus potus senectus. Neutro passiua quoq; quę sũt quinq; triũ tẽporũ habent participia: ut gaudeo gaudens gauisus gauisurus:audeo audens ausus ausurus:soleo solens solitus solituru:fio fiens factus futurus differentię causa:ne si dicamus fiturus simile sit participio quod uenit a facio uerbo:quod uim possidet actiuã fio uerbi:unde a supino eius nascitur passiuũ preteritum eius participiũ & futuri actiuũ factũ factu:factus facturus:a fido quoq; fidens fisus fiturus. A cõmuni uerbo quattuor tẽporum nascũtur pticipia p̃ęsẽtis siue preteriti imperfecti:quod actiuã solũ habet significationem: ut criminor criminans διαβάλλομαι καί ὁ διαβαλλόμενος preteriti pfecti & plusq̃ pfecti:quod cõmune habet significationẽ:tam passiui q̃ actiui ut criminatus ὁ διαβληθείς:futuri unum actiuũ in rus desines ut criminaturus:unũ passiuũ in dus:ut criminãdus. Omnia tamen iu dus desinẽtia participia eadem etiam nomina esse possunt cũ amittũt tẽpus: ut amãdus. ὁ φιληθησόμενος καί ὁ φιλητέος:docẽdꝰ ὁ διδαχθησόμενος καί ὁ διδακτέος:legendus ὁ ἀναγνωσθησόμενος καί ὁ ἀναγνωστέος. A deponẽti triũ tẽporũ ueniũt participia pręsẽtis uel preteriti ĩperfecti:sequens:preteriti perfecti & plusq̃ perfecti:secutus:futuri secuturus. Multa tamẽ ex huiuscemodi uerbis inueniũt participia preteriti tẽporis apud antiquissimos tã actiuã q̃ passiuã significatione habentia:ut meditor μελετῶ meditatus ὁ μελετήσας καὶ ὁ μελετηθείς. Terentius in amphitryone. Meditata mihi sunt omnia mea icommoda. Auxilior auxiliatus βοηθῶ ὁ βοηθήσας καί ὁ βοηθηθείς. Lucilius. A me auxiliatus es. Sic etiam amplector amplexus ὁ περιπλακείς καί ὁ περιπλεχθείς ex πλέκω. Petronius. Animã nostro ãplexã ĩ pectore. Cicero pro Roscio. Quo uno maleficio scelera omnia uideantur cõplexa esse:adminiculor adminiculatus ὁ βοηθήσας καὶ ὁ βοηθηθείς. Varro: Tribunitio auxilio adminiculatus. Sed sciẽdum q̃ uerbis quoq; plurimis quę nũc ĩ usu deponẽtia sũt ueteres sicut cõmunibus usi sunt:de quibus cũ de uerbo tractabamꝰ docuimus. A uerbo sũ: quod est anormalum ueteres pręsẽtis tẽporis proferebãt participiũ ens: unde componitur potens. Nã futurus magis a uerbo fio uidetur nasci: potest tamen etiã a fui esse existimari.

Cassus magis est nomẽ
Titubatus
Neutropassiua
Gaudeo. Gauisus sum
Audeo. Ausus sum
Soleo. Solitus sum
Fio. factus sum
Fido. Fisus sum
Omnia participia eadẽ etiam nomina esse possunt.
ens. potens
Futurus
Iuuenalis
Virg.
Terent.
Lucilius
Petronius
Cicero
Varro

De numero.

n Vmerus participiis accidit uterq; singularis: ut currens: pluralis: ut

ut currẽtes. & sicut non deficiunt casibus sic nec numeris defectiua iueniẽs participia.

De figura.

f Figuras habent quas a uerbis accipiunt. Nam per se nunq̃ cõponit participiũ nisi prius uerbũ eius cõponatur. Ergo uel simplicia sũt uel decõpositaplerũq; quę gręci παρασυνθετα uocãt. i. a cõpositis uerbis deriuata:ut efficio efficiens:intelligo ĩtelligens. Si enim ipsa per se componãtur nõ prius uerbis cõpositis trãseũt in nominũ uim. Sicut etiã si cõparẽtur:ut nocẽs innocẽs:sapiẽs ĩsipiens. Simplicia enĩ eorũ possũt participia esse & nomina. Cõposita uero sine dubio nomina sunt. Ideo autem addidimus plerũq; q̃ sũt quędã quę non seruãt cõpositionis uerborũ cõpaginẽ:unde apparet ea ex se cõposita:ut effringor effractus: contingor cõtactus similia indulgens amans acceptus:si cõparẽtur nomina sũt:indulgẽtior amãtior acceptior:sicq; similia. De diuersis quoq; cõsonãtibus quę ante us in preteriti tẽporis participiis inueniũtur:q̃uis per singulas uerbi terminationes cũ de supinis tractabamus: docuimus tamen hic etiam generaliter cõprehendere nõ ĩcongruũ uidetur eẽ. Oia igit participia preteriti tẽporis uel in tus desinũt:ut amatus adiutus datus domitus solitus cultus munitus cõuẽtus:uel in ctus: ut sectus dectus lectus sanctus:uel ĩ ptus:ut raptus captus sũptus:uel in stus:ut quęstus: uel in sus: ut risus morsus lusus uisus:uel ĩ psus:ut lapsus:uel ĩ xus:ut fluxus flexus pexus. In tus desinũt oia quę preteritũ ĩ ui syllabam terminãt mutatione ui in tus:ut amaui amatus:oraui oratus:adiuui adiutus: deleui deletus:cupiui cupitus:lacessiui lacessitus: decreui decretus: straui stratus:muniui munitus:audiui auditus. Excipiũt differẽtię causa tria: a longa in au conuertẽtia laui lautus:faui fautus:caui cautus:ne si latus fatus catus diceremus alias significationes habere putarẽtur. Et sciendũ q̃ hęc omnia penultimas productas habent tã ĩ uerbis preteriti q̃ in participiis:exceptis seui satus:& siui situs:quę ĩ participiis penultimas corripiũt:& liui & lini litus. A ciui quoq; citus:licet & corripere & pducere penultimã: abiui quoq; uel ii cõposita:& quiui & qui corripiunt in participiis ĩ ante tus:ut aditus obitus preteritus nequitus. Solui enim solutus:& uolui uolutus:abiecta ĩ produxerũt tamen u:a uero correptã ante tus in quattuor solis inueni participiis duobus primę coniugationis quę duplicãt in preterito priorem syllabam dedi datus:steti status:quod pticipio simile nomen est:unde futurum staturus. Secũdę quoq; unũ iueni a deponenti:reor ratus. Et tertię unum de quo supra diximus seui satus. unde Virgilius in.ii. georgicorũ. Mutataq; ĩsita mala Ferre pyrũ. Sepeliui etiam notãdũ q̃ sepultus facit:antiqui tamen & sepelitus dicebant. Et saliui salitus & salsus. Preterea notãda sunt a saliui uel salii saltus & salturus. Ab balo balas baliui balitus:nomẽ participiale non balatus. Et

παρασύνθετα decomposita.
Lautus
Fautus
Cautus

a ſpiro ſpiras ſpiraui ſpiritus. Similiter nomen participiale factum non ſpiratus facit: a paui paſtus non patus. Ab ambio ambitus correpta penultima quando nomen eſt. Nã in participio producitur. Ouidius in .i. metham or. luſſit & ambitę circũdare littora terrę. Q̃ autẽ balui eſt ab balo oſtendit luuenalis in quarto. Et omni bellorũ põpa animã exbalaſſet optimam: p exbaluiſſet: i uero correpta habent ante tus omnia quę pręteritũ in ui diuiſas terminant niſi ſint ex pręſẽtibus in io uel in uo diuiſas deſinentibus: ut domui domitus: uetui uetitus: attonitus: habui habitus: elicui elicitus: genui genitus: ſtrepui ſtrepitus: Excipiuntur primę quidem cõiugationis duo quę per ſineresim proferuntur: ſecui ſectus: fricui fictus. A neco quoq; necatus & necturus inuenitur participium. Sed necatus proprie dicitur ferro nectus alia ui. Illud quoq; eſt notãdũ quod Horatius ponit in epodo. Non me lucrina iuuerint conchilia magis uironibus: aut ſacris: quos y oys intonata fluctib⁹ hyems ad hoc euertatmare. Intonata dixit nõ intonita: cũ Virgilius in .iiii. eneido. Attonitus tãto imperio monituq; deorũ. Sonaturus quoq; pro ſoniturus. Horatius i primo ſermonũ protulit. Ingenium cui ſit: cui mens diuinior atq; os magna ſonaturũ deos nominis huius honorẽ. Virgilius in ſexto. Dũ flãmas iouis & ſonitus imitatur olympi. In ſecũda quoq; cõiugatione excipiũtur in ui diuiſas i pręterito deſinẽtia: quę penultima i i participiis nõ habẽt: ut hę: docui doctus: tenui tẽtus: cẽſui cẽſus. Tertię quoq; rapui raptus: & ex eo cõpoſita: corripui correptus: pręripui pręreptus. Similiter a canendo compoſita abſq; i faciunt participia ſecundũ primitiui formã: canor cantus: occinor occentus: accinor accentus: q̃uis occinui & accinui faciũt pręteritum. In rui etiam & in xui per idẽ tẽpus exeũtia nõ habẽt i in participiis: ut diſſero diſſerui diſſertus: deſero deſerui deſertus: aperio apui apertus: nexui nexus: pexui pexus. meſſui quoq; meſſus facit: ut cẽſui cẽſus. In lui uero deſinẽtia: ui in tus cõuertũt i participio: ut colo colui cult⁹: occulo occului occultus: cõſulo cõſului cõſultus: alo alui altus & alitus: unde etiam uolo uolui uultus facit: quod nomẽ ẽ participiale: quomodo colui cultus. Quãdo eſt quartę declinationis quę etiã o uerbi i u cõuertunt. Quę uero in pręſẽti i uo deſinũt i extrema pręteriti in tus cõuerſa faciũt participia: ut pollo pollui pollutus: acuo acui acutus: ſuo ſui ſutus: tribuo tributus: eruo erui erutus: quod ſolũ penultimã corripit: apud antiquiores tamen etiã ab hoc cõpoſitũ producit penultimã: diruo dirui dirutus: A do quoq; cõpoſita i breuẽ habẽt ãte tus i participio pręteriti: ut r̃ddo reddidus: credo creditus: prodo proditus: perdo perditus: uẽdo uenditus. In ctus faciũt participia pręteriti paſſiua: quę uerba per idẽ tẽpus actiuorũ pręterita i xi faciũt: ut itelligo itellexi itellectus: duxi ductus: uexi uect⁹: anxi anxus: traxi tractus: pexi pectus: iũxi iũctus. Excipitur flexi: quod flexus facit participiũ. Similiter i xi uel in qui: uocali longa antecedente

Ouid

Iuuena

Hora

Virg

Hora

Virg

deſinẽtia in pręterito: ut feci factus: ieci iactus: uici uictus: reliqui relict⁹ Similiter in gi: ut legi lectus: tetigi tactus: fregi fract⁹. In ptus exeũt pticipia pręteriti paſſiua cũ actiua eiuſdẽ tẽporis: in pi uel in pſi uel mi terminantur: ut cępi captus: coepi coeptus: rupi ruptus: ſcalpſi ſcalptus: cõpſi cõptus: ſũpſi ſũptus: prõpſi prõptus: dẽpſi dẽptus: ſcripſi ſcriptus: nupſi nupta. Nuptus enim ſiletur niſi per irriſionẽ uel figurã dicatur: q̃uis uetuſtiſſimi nouus nuptus protuliſſe inueniãt: quod nũc in uſu nõ ẽ: emi emptus: ademi ademptus: redemi redẽptus: rapui quoq; raptus facit & ex eo cõpoſita corripui correptus: pręripui pręreptus. In ſtus unũ inueni deponẽs queror queſtus: & paſſiuũ paſcor paſtus: cũ alia eiuſdẽ formę ſo leant s abicere: ut naſcor natus: iraſcor irat⁹: obliuiſcor oblitus: paciſcor pactus: nanciſcor nactus: proficiſcor profectus: ulciſcor ultus: expgiſcor experrect⁹: defeciſcor ſolum duplicauit ſ in participio defeſſus. A quoq; antecedente unũ inuenio i tus a texui textus. In ſus deſinũt participia quę ex uerbis ueniũt in ſi uel in di pręteritũ perfectũ terminãtibus niſi ſint a do cõpoſita: de quibus ſuperius diximus uel quartę cõiugatiõis: quę nullũ participiũ i ſus terminãt: ut lęſi lęſus: merſi merſus: iuſſi iuſſus: mordeo momordi morſus prãdeo prãdi prãſus: tõdeo totõdi tõſus: obſideo obſedi obſeſſus: pręhẽdo pręhẽdi pręhẽſus: uideo uiſi uiſus: fodio fodi foſſus: tendo tetẽdi tẽſus: tõdo tutudi tõſus: ſcido ſcidi ſciſſus: findo fidi fiſſus. Excipiũtur uſſi uſtus: geſſi geſtus: torſi tortus & torſus antiqui dicebant. A torreo quoq; toſtus fit. Sic ſimiliter faciũt participia quę i ri uel in li uel in ti terminãt pręteritũ actiuorũ: ut uelli uel uulſi uulſus: fefelli falſus: pepuli pulſus: perculi perculſus. A ſuffero ſuſtuli anormalum eſt & ſublatus facit. decurri decurſus uerri uerſus: uerti uerſus. Excipitur peperi partus differẽtię cauſa. Peperci enim parſus facit. Quartę cõiugationis in ſi uel in ri pręteritũ terminãtia i tus nõ antecedẽte i faciũt participia: ut farcio farci fartus: ſarcio ſarſi ſart⁹: fulcio fulſi fultus: haurio hauſi hauſtus: reperio reperi repertus: comperi compertus. In pſus unum deponens: labor lapſus. In xus tria inuenio paſſiua: nexus a nexui: pexus a pexui: flexus a flexi. Similiter faciũt ſupina amplector amplexus: cõplector cõplexus. Supradictas formas ſeruãt i participio pręteriti cõmunia & deponẽtia quę facile ex ſimili terminatione paſſiuorũ dignoſci poſſũt quomodo faciũt per ſingulas cõiugationes participia pręteriti tẽporis. Neutra pauca habẽt pręteritũ participiũ: ut ſupra dictum eſt. coeno coenatus: prãdeo prãſus: iuro iuratus: careo caſſus: quod & nomẽ eſt: paſſus a pateo: a titubo titubat⁹: a placeo placitus: a quieſco quietus. A neutro paſſiuis q nq; ſũt. Gaudeo gauiſus: audeo auſ⁹: ſoleo ſolit⁹: fio fact⁹: fido fiſus. Vetuſtiſſimi tamen & ex aliis plurimis neutris inueniũtur protuliſſe participia pręteriti quomodo ſuperius oſtẽdimus: quę nũc i uſu nõ ſũt pticipiũ quoq; futuri actiuũ uel neutrale a ſupinis naſcit̃: ut amatu ama

Defeſſus

turus:domitu domiturus:doctu docturus:flexu flexurus:fultu fulturus: factu facturus. Pleraq; neutrorũ secũdę cõiugationis in ui diuisas desinẽtia pręterito deficiũt ĩ supinis:ut horrui rubui texui tepui ferbui senui egui frigui rigui dirrigui stupui & similia. Et quia supius diximus q̃ uerba actiua & neutra carent pręteriti tẽporis participio sicut & passiua cõmunia & deponẽtia & uerbo utimur:ut pro ὀφιλήσασ qui amauit ὁ φιλούμενοσ qui amatur. Sciẽdũ ẽ q̃ antiqui in actiuis & neutris uerbis: pro pręteriti tẽporis participiis etiã instãti tẽpore utebãtur: ut pro ὁ ἐρχόμενοσ καί ὁ ἐλθών:ueniẽs dicẽtes. Siiliter ὁ παραγενόμενοσ καί ὁ παραγινόμενοσ adueniens. Virgilius in.x. Cęculus adueniẽs marsorũ montibus umbro. hic enim adueniẽs ὁ ἐλθών significat. Terẽtius in phormione. Offẽdi adueniẽs:qui cũ uolebã & ut uolebã collocatã phiiam. hic enim quoq; adueniẽs ὁ παραγενόμενοσ significãt. Statius in i thebai. Et caligãtes absrupto sole mycenas:caligãtes p caligatas dixit.

deficiunt instantis temporis participijs sed pro his substantiuo nomine

Virg.

Ter.

Stat.

De pronomine. Liber. xii

p Ronomen est pars orationis: quę pro nomine proprio uniuscuiusq; accipitur:personasq; finitas recipit. Pronomini accidunt sex. species. genus. psona. figura. numerus. casus. Species pronominũ bipartita est. Alia enim primitiua: alia deriuatiua: primitiua:ut ego mei tui sui. Deriuatiua meus tuus suus. Et primę quidem personę primitiuum est ego:& reliqui casus sequẽtes: secundę tu:& eius obliqui casus. tertię uero ille ipse, iste hic is & sui: quod nominatiuo caret quomodo ἑαυτ῾ apud grękos. Et ea quidẽ octo pronomina sunt primitiua uel simplicia. deriuatiua uero sũt septẽ: meus tuus suus noster uester nostras uestras. In his igit̃ quindecim pronominibus nulla fit cõtrouersia: quin omnes fateantur ea esse pronomina.

De septem uocibus tertię personę.

q Veritur tamẽ cur prima quidẽ & secũda persona singula pronomina habeãt. Tertiã uero sex diuersę ĩdicãt uoces. Ad quod respõdẽdũ est q̃ prima quidẽ & secũda persona ideo nõ egẽt diuersis uocibus: q̃ sęper pręsẽtes sũt inter se & demõstratiuę. Tertia uero persona modo demõstratiua est: ut hic iste: modo relatiua: ut is ipse: modo pręsens iuxta: ut iste: modo absens uel longe posita ut ille. Si enĩ sup omnes alias partes orationis finit personas pronomẽ rectissime tertia; quoq; personarũ differẽtia distincte profertur quę plurimas habet diuersitates. unde non irrationabiliter tertias uerborũ personas Apollonius infinitas dicit: cum nulla in eis certa finiatur persona:& profũdę multitudines sũt capaces: quomodo & pluralis numerus nominũ nisi adiũgas eis uel nomen uel pronomẽ cũ prima & secũda persona eis nõ egeat. Si enim dicã scribo uel scribis in ipsa uoce diffiniui etiã personã scribẽtis & ostẽdi. Si dicã scribit ĩcertũ quis donec addã uel nomẽ uel pronomẽ ei.

Sup omnes alias partes orationis finit psonas pronomen.

Apollon

ET primę quidẽ personę pronomẽ & secũdę & tertię cum non discernũt genera inęquale habẽt etiã casuũ declinationẽ tã in singulari numero q̃ in plurali: ut ego mei uel mis mihi me a me. Nos nostrũ uel nostri nobis nos a nobis. Similiter secũda. nã tertia quę ẽ sui sibi se a se: non solũ genera sed etiã numeros cõfũdit. Nec mirũ nam cum relatiua sit ex antecedẽtis cognitione possumus ad quod genus uel numerũ refertur scire: quod facit in genere primę & secũdę personę ipsa demonstratio:& pręsẽtia utriusq;.

Illa uero quę distinguũt genera certã habent &ęqualẽ per utrũq; numerum declinationis & casuũ regulam: ut ille ipse, iste: & reliqua nomen.

SVnt autẽ eorũ alia demõstratiua: alia relatiua: alia & demõstratiua & relatiua: unde notabiles & certę fiunt personę. Et primę q̃dem & secũdę personę pronomina sũt demõstratiua sęper. Vtraq; enim ut dictum est pręsẽs esse ostẽditur persona & eius qui loquitur: & illius ad quẽ loquitur. Tertię uero alię sũt demõstratiue: ut hic iste. Alię relatiuę ut is & sui: alię modo demonstratiuę modo relatiuę: ut ille ipse. Ille demonstratiuũ est: ut Terẽtius in eunu. Viden tu illũ thais Relatiuum Virgilius in septimo. Sic iuppiter ille monebat. Ipse uero si per se proferatur in tertia persona relatiuũ est. Virgilius in. iii. ęneidos. Ipse arduus altaq; pulsat Sydera. Si uero cũ aliis pronominibus iungatur eorum accipit significationẽ: ut idẽ poeta in quinto ęnei. Ipse ego paulisper pro te tua munera inibo. Est enim hoc demõstratiuũ. Inuenit̃ tamen sępe absq; aliis p eclipsim prolatũ:& tamẽ eorũ habet significationẽ: quę cũ eo subaudiuntur: ut Vir. in. ii. ęnei. Quęq; ipse miserrima uidi: subauditur. n. ego: q̃uis uerbũ ipsũ primę personę. i. uidi habet in se ĩtellectũ pronominis quoq; eiusdẽ. Interest autẽ inter demõstrationẽ & relationẽ hoc q̃ demonstratio ĩterrogationi reddita primã cognitionẽ ostẽdit. Quis fecit? Ego. Relatio uero secũdã cognitionẽ significat: ut is: de quo iam dixi. lu re igitur hic q̃ primã cognitionẽ indicat pręponitur: unde prępositiuum nominatur. Is autẽ quod secũdã cognitionẽ significat: subiũgitur. unde & subiunctiuũ pro merito nũcupatur q̃ redigat ĩ memoriã primę cognitionis: ut si dicã. Aeneas fuit filius Veneris: is est qui uicit Turnũ. Ipse quoq; in tertia persona. ut dictũ est per se positũ. Ad recordationẽ personę ĩfertur iã cognitę. Recte igitur demõstrationẽ quę significatur per iste & ille pronomina reparat memorię pronomẽ: quod est ipse. Non tamẽ iste & ille referri ad pronomẽ ipse possũt. Prima enĩ cognitio ẽ p demonstratiua pronomina. Secũda uero per relatiua hoc idẽ pronomẽ: hoc est ipse: quidã cõmune existimauerũt: quia tribus adiungitur personis: ego ipse: tu ipse: ille ipse. Non est tamen uerũ. figurate enim uel discretionis uel significãtię causa primę & secũdę adiũgit̃. Q. aũt tertię ostẽdit̃

Terenti

Virg.

Virg

Virg

Virg

Virg

Ipse

Inter demonstrationẽ & Relationẽ qd interest

ex eo quod dicimus ego feci:tu fecisti:ipse fecit. Et ꝙ tertię personę in id trãsferri possũt:quod maxime in iterrogationibus animaduerti potest. Nũq̃ enim iterrogãte aliquo quis dixit.quis fecit:quis audiuit: respõdemus ipse pro ego uel tu:sed pro aliqua tertia persona. Quidã etiã nomẽ hoc putauerũt:quia est quãdo pro solus accipitur:ut Virgilius in septio Ipse rate cõto subigit uelisq; ministrat. Sed hoc quoq; per significãtiam uel discretionẽ profertur. Nã cũ pro nomine accipitur quod suũ ẽ uel ꝓ nominis implet uerba primę & secũdę personę adiuncta pronominibus perfectionẽ faciũt. ego scripsi:tu docuisti. Nominib⁹ autẽ nõ nisi sint uerba substãtiua uel uocatiua:ut trypho dicor:cicero sum. Ipse uero oĩbus uerbis adiunctũ pfectionẽ habet. Ipse dedi:ipse dedisti. Ergo hoc pronomẽ .i. ipse ἐπίταγματικόν etiam hoc ẽ appositiuũ uel subiũctiuum uocãt gręci:quod subiungit alteri pronomini.

Virg.

Ipse ꝙ solus

De septem deriuatiuis pronominibus.

PRonomina deriuatiua septẽ esse diximus :a prima persona deriuant tria:a singulari genitiuo unũ mei meus:a plurali duo nostrũ uel nostri noster & nostras. A secũda quoq; tria:a singulari unũ tui tuus. unde & corripitur penultima:quomodo in primitiuo. A plurali pariter duo:uestrũ uel uestri uester & uestras. A tertia uero persõa unũ sui suus. Et quia primitiuũ tã singularis q̃ pluralis est numeri cõe. Deriuatiuum quãq̃ intrinsecus ex parte possessoris persona significatur per genitiuũ primitiui:ex quo nascitur utriusq; numeri est cõmune:ut suus illius:& sui illorũ. In omnibus deriuatiuis pronominibus duę itelligũtur personę: intrinsecus possessoris:extrinsecus possessionis. Vnde intrinsecus personę in quibus genitiui primitiuorũ sicut dictũ est intelligũtur. ex quibus & deriuãtur confundũt genera quomodo & primitiua eorũ. Extrinsecus uero distinguũt ea pro generibus nominũ quibus adiũgũtur:meus seruꝰ mea ancilla:meum mãcipiũ. Numerus uero ĩtrinsecus hic ĩtelligiť: quẽ habent genitiui primitiuorum:ex quibus deriuãtur. Genera etiã possessorũ demonstratio ostẽdit quẽadmodũ ĩ primitiuis. Extrĩsecus uero terminatio distĩguit numerũ quomodo & genera & casus possessionũ: ĩ q̃bus regula eorũ ꝛsequẽtiã seruat mobiliũ nominũ. Queritur cur nostras & uestras a plurali tãtũmodo deriuãtur. Ad quod respõdẽdum ꝙ patriã seu gentem significant. Patria autẽ uel gens unius esse nõ potest:sed ꝑ multorũ possessio. Itaq; nostras dicimus qui est a nostra patria uel gente quam multi possidemus:hoc est tam mea q̃ meorũ ciuiũ. & possessiua quidẽ adiectione nominũ ad plenã significationẽ egent. Primitiua uero non sẽper. Itaq; perfectũ ad discretionẽ est. Ego quidẽ affui:tu autẽ non aderas. Deficiens uero quãtũ ad discretionẽ, affui quidẽ nõ aderas autẽ.

Nostras

Vestras

ꝙ nã si dixero meus hoc fecit, imperfecta est ora, ni addã seruus uel aliquid tale. Nisi cõmx ꝙ marito suo dicat. meus hoc fecit ꝙ meus mr.

De eo quod gręci articulos pronominibus adiungunt.

~~q Vare~~ igitur apud gręcos prima & secũda persona pronominum :

:. discretionẽ personarũ si nõ alius affuit uero tũ nõ addit alios

quę sine dubio demõstratiuę sũt articulis adiungi non possũt: nec tertia quãdo demonstratiua est. Nam ὁ αὐτός quãdo dicũt relatiuo utuntur non demõstratiuo. Cũ igitur & articulis ~~relationẽ~~ & pronomẽ relationẽ habent:bis eũdẽ ad cognitionẽ referri ostẽdũt:ergo illos secuti nos ~~quãq̃~~ declinando pronomina nõ addimus his articularia. Quid enim absurdius q̃ cũ gręci articulos pronominibus non pręponãt nos pronomina pronominibus pręponere in declinatione:ad quã duntaxat hic & hęc & hoc loco articulorũ accipitur. Nã in omni oratione pronomia sũt . Nihil.n. aliud nisi ὁ αὐτός ἄυτη τὸ τ significãt. Nec mirũ loco articulorũ ea nos accepisse in declinatione cũ apud gręcos quoq; bisdẽ uocibus & in articulis & in pronominibus solẽt uti ὁ ἡ τό:ex q̃bus apud nos hic & hęc & hoc nascũtur pronomina articularia. Itaq; quia illa apud ~~illos~~ gręcos aspirãtur quę a uocali incipiunt. Ea quoq; apud nos aspirationẽ habẽt & a uocali ĩcipiũt. Possessiuis solẽt pręponi articuli:sed ad sequẽtia nomina necessario intelliguntur ὁ ἐμός λοῦλος:idest ὁ λοῦλος μοῦ : sic hic meus seruus:hoc est hic seruus meus .

De nominatiuis primitiuorũ possessiuorum .

ET primitiuorũ quidem nominatiui si cum uerbis iungantur perfecti sũt . Ego scribo:tu uides:ille facit. Possessiua uero transitiua sunt semper:meus scribit:tuus dicit. Quẽadmodũ autẽ nomina tertię sũt personę absq; uocatiuo, Tũc uero etiam primę & secũdę: quando uerbis substãtiuis uel uocatiuis iunguntur. Sic & sũt pronomina possessiua : ut meus es amicus:meus diceris cognat⁹:tuus sum filius:tuus nominor pater:tuus uocor sotius:tuus nũcupor amicus patronus.

Nomina prię uel secũdę personę uerbis substantiuis uel uocatiuis adiuncta

Lanũ 202

De his quę habẽt uocatiuũ & quę non.

ITem sciẽdum est ꝙ uocatiuũ nõ habet aliud pronomẽ:nisi secundę personę primitiuum o tu:o uos. Et primę possessiuũ quãdo ad secũdam trãsit personã. Nam possessio est quę uocatur ab ipso possessore ad quẽm loquitur prima persona:ut Terentius ĩ eunuco. O mea tu. Idẽ in andria. O noster chremes. Vno enim eodemq; pronoĩe tã prima q̃ secũda significat persona & primę quidẽ personę possessiuũ tam ad secũdã q̃ ad tertiam trãsit. Secũdę uero ad primã uel ad tertiam:ut tuus sũ tuus est. Ipsa enim sese possidere nõ potest:quomodo nec prima . Nã possessiua necessario ĩ duabus diuersis ĩtelligũtur personis & sũt trãsitiua. Si igitur trãsit a secũda persona possessiuum:necesse est cum separatur ab ea:uel primę adiũgi:uel tertię quę carẽt uocatiuo:qui semper ĩter primam & secũdam inueniť personã. Prima enim uocat secũda uocať .

Possessio q.

Terentij

Terentij

De his quę possidẽt easdem personas:& quę non.

ET queritur si prima nõ potest possidere primã:nec secũda secũdã: ~~nec~~ tertia possidet tertiam in qno pariter ostẽditur multitudo diuersa quę significatur per tertiam personam:ũde & uarias habuit uoces

& loca ſicut docuimus: q̃uis ergo alia ſit poſſidens & alia quę poſſideſ: & in diuerſis perſonis & trãſitiuis intelligatur: tamẽ põt in tertia ſimul utraq; inueniri. in diuerſis quod in prima & in ſecũda perſona nõ poteſt ut ipſa habeat & poſſeſſorem una & poſſeſſionẽ: niſi figurate dicamus: meus ſum: tuus es: hoc eſt meę poteſtatis & tuę. Vel pro reciprocis: quę apud grecos cõpoſitę ſũt ἡ ἐμαυτοῦ φίλοσεὶμί meus amicus ſum: ut Perſius uindicta poſtq̃ meus a prętore receſſi. & Terẽtius in phormione. Ego meorũ ſolus ſum mẽus. Nec mirũ cũ & tertia perſona ſolet figurate primę adiũgi: ut Virgilius. Ille ego qui quõdã gracili modulatus auena. Cicero in. iiii. inuectiuarũ. Ego ſum ille patres conſcripti: cui ęqui ſorum in quo omnis ęquitas continetur. Et primę quidem poſſeſſiuũ perſonę tranſit tam ad ſecũdam q̃ ad tertiam: ſicut ſupra dictũ eſt: ut tu meus es: & ille meus eſt. Secũdę quoq; poſſeſſiuum tam ad primã dicitur q̃ ad tertiam: ut ego tuus ſum: & ille eſt tuus. Tertię uero ad primã uel ad ſecũdã trãſire non poteſt niſi figurate: ut ſuus illius filius ſum: uel ſuus illius filius es: ſed ad aliam tertiam ſuus illius iſte: uel ſuus iſtius ille. Et attẽdẽdũ q̃ quomodo ſui ſibi ſe a ſe: quod eſt primitiuum ad omnes uoces tertię perſonę poteſt eſſe relatiuum: ut ſui cauſa facit iſte & ille & ipſe & hic & is: ſic ſuus quod ab eo deriuatur poſſeſſiuũ eſt omnis tertię perſonę: ut ſuus illius ipſius huius eius. Illud quoq; ſciẽdũ eſt q̃ ſui nõ ſolum ἑαυτοῦ uel ἑοῦ: ſed etiam αὐτοῦ uel ὅ ſignificant. ideſt nõ ſolũ tũc refertur ad tertiam perſonã quãdo ipſa in ſe agit per reciprocationẽ: ideſt κατὰ αὐτανάκλασόνἡ αὐτο πάθειαν: ut ille ſui miſeretur: uel ſibi prodeſt uel ſe cuſtodit. Sed etiam cũ ipſa agit: & ſic alia in ipſã: ideſt cũ retrãſitiue dicitur: ut Terẽtius in andria. orare Iuſſit bera ſi ſe ames: ut ad ſe uenias.

De perſonis.

Perſonę pronominũ ſũt tres. Prima ſecũda & tertia. Prima eſt cum ipſa quę loquitur, de ſe pronũciat. Secũda cũ de ea pronunciat ad quam directo ſermone loquitur. Tertia cũ de ea perſona pronũtiat: quę nec loquitur: nec ad ſe directũ accipit ſermonẽ. Nã ſi dicamus prima eſt quę loquitur: poteſt nihil de ſe loqui: ſed de ſecũda uel tertia: & fit dubitatio. Similiter de ſecũda ſi dicamus ad quã loquitur poteſt intelligi & ad primam & ad tertiam. Nã ipſa locutio pertinet nõ ſolum ad ſecũdã: ſed etiam ad primã & ad tertiã. de tertia quoq; ſi dicamus de qua loq̃t commune inuenitur trium perſonarũ. Nam & de prima & de ſecũda & de tertia loquitur. Melius igitur Apollonius: quẽ nos quãtum potuimus ſequi deſtinauimus prępoſitis perſonarum diffinitionibus ẽ uſus. Enucleatim tamen in ſingulari numero prima dicitur perſona. Nã in plurali cõceptionẽ facit aliarũ perſonarũ: hoc eſt ſecundarũ uel tertiarũ. Secũdarũ quidem quãdo ad ipſas prę ſẽtes loquimur: ut ego & uos faciamus.

Antonius nebriſenſis in enarratione ſue grãmatice de pronomine agens ſic inquit. Prima perſona eſt quę de ſe pronunciat. hęc ratio nõ placet priſciano. Sed dicit prima perſona: cum ipſa quę loquitur de ſe pronunciat & ſi quę in prefatis locis nberis leges.

Tertiarũ uero quãdo ad alios loquẽs. i. ad ſecũdam perſonam alios ſibi uel prę ſẽtes adiũgit uel abſentes: ut ego & iſti fecimus: uel ego & illi fecimus. poteſt tamen & utraſq; ſimul ſibi adiungere: ut ego & uos & illi fecimus. Secũda uero tertiam concipit ſolã: tu & ille: uel uos & illi feciſtis. Tertia autem tertiã ſolã: iſti & illi fecerũt. Itaq; etiam in hoc oſtenditur late patens tertię perſonę copia: quę omnibus adiungi poteſt. Quid igitur q̃ multi ſimul loquẽtes dicũt nos fecimus: nõ eſt ſupradicto cõtrariũ Vnuſquiſq; enim loquẽtium cõceptionẽ facit eorũ qui una ſecũ loquũt. Quippe cum unuſquiſq; pars eſt totius: qui ſi uelit cęteros indicare ſecum loquẽtes neceſſario uel ſecundę uel tertię eos attribuit perſonę. Idq; tam in pronominibus q̃ in uerbis cõtingit: in quibus & finiũtur perſõę.

De eo quod prima & ſecũda perſona nominibus non indigent.

Et ſciẽdum eſt q̃ in prima & ſecũda perſona pronomen prępoñit. In tertia uero non niſi demõſtratione egeat uel relatione. Nã plerunq; nomen in eius locum ponimus: ut ſi Pompeius dicat ad Cęſarem Ego & tu & Craſſus teneamus rempu. Sin autẽ demõſtratione uel relatione tunc ponimus pronomẽ: ut ego & tu & ille quẽ uides: uel ego & tu & is de quo dixi. Nã omne nomẽ tertię eſt perſonę abſq; uocatiuo: ſicut ſupra dictum eſt: niſi ſubſtãtiuo uel uocatiuo uerbo coniũgatur: & iure: q̃ ipſa poſitio prima nominũ nõ ad aliquẽ: ſed de aliquo habet locutionẽ. dicimus. n. Nominetur hic qui natus eſt Virgilius: nominatiuũ proferentes Prima enim & ſecũda niſi figurate adiũctione nominis nõ egẽt cũ & ſubſtãtiã & qualitatẽ: tam ſuã ipſe q̃ loquitur: q̃ eius ad quẽ prę ſẽs prę ſẽtem loquitur uidetur ſcire uel aſpicere. Tertię uero perſonę ideo cõgrue adiunguntur noĩa: q̃ poteſt abeſſe perſona: uel ſpatio eius qualitas obſcurari. Itaq; pronomine quidẽ ſubſtantia per ſe: nomine uero etiam qualitas manifeſtatur: de qua ſępe fit dubiũ ĩ ea perſona: ut Virgilius in ſexto. Quis pater ille uirũ qui ſic comitatur eũtem; cum ignoratur propria eius qualitas queritur nomen. ſolã enim ſubſtãtiam nõ etiã qualitatem ſignificãt pronomina quãtũ eſt ĩ ipſius prolatione uocis. Genera pronominum ſũt quiq: maſculinũ: ut hic: foemininũ: ut hęc: neutrum ut hoc: cõmune: ut noſtras ueſtras: triũ generũ: ut ego tu. Cũ igitur omnia pronomina ut ſupra docuimus ſint q̃ndecim. alia aũt oĩa mobilia ſũt: ideſt ex maſculinis foemininis & neutra faciunt, abſq; tribus primitiuis, primę & ſecundę perſonę: ego & tu: in quibus demõſtratio ipſa ſecũ genus oſtẽdit, & ſui: quod cũ ſit relatiuũ ut docuimus tã genus q̃ numerũ non uocis diſcretione: ſed priore cognitione ſubiicit. Relatio eſt enim cognitionis ante latę repreſẽtatio: ut ſcribit Virgilius ad laudem ſui. Rogat te ille ut cauſa ſui facias. Q. ſiquis dicat cur ego etiam is, cũ ſit ſẽper relatiuũ nõ eſt cõmune trium generũ. Reſpõdemus q̃ ſui ſibi ſe a ſe non ſolum relationis cauſa quod ſupra diximus: ſed etiam ipſius terminatõis ſinguloꝝ

casuum, qui consimiles sunt primę & secundę, hoc habuit ut cōfundat genera. Quomodo enim grēci per tres personas primitiuorū obliquos casus similiter habent terminātes q̄ & cōmunes sūt omniū generū ἐμοῦ. σοῦ. οὗ. ἐμοί. σοί. οἷ. ἐμέ. σέ. ἕ. Sic nos quoq; illorū auctoritatem ī plerisq̄ secuti per tres ꝑsonas habemus pronomina similiter terminātia ꝑ obliquos casus & omnis cōmunia generis: mei tui sui: mihi tibi sibi: me te se: a me a te a se. Alia uero omnia sicut apud grēcos mobilia sunt: ut ille illa illud: iste ista istud: hic hęc hoc: is ea id: ipse ipsa ipsum. Deriuatiua quoq;: meus mea meum: tuus tua tuum: suus sua suum: noster nostra nostrū: uester uestra uestrum. Duo tātum inueniunt cōmunia: nostrās & uestrās: quorū perfecta nostratis erāt & uestratis: unde quia ti syllabę syncopa facta est māsit in a accētus perfecti quomodo & in aliis multis arpinās pro arpinatis: fumāt pro fumauit: cupīt pro cupiuit: illīc pro illice. Itaq; neutrū quorū eorū in e finitur nostrate uestrate: ex quo ostēdit illorū quoq; nominatiuus in tis secūdū analogiam a uetustissimis prolatus esse. Cassius enim in. iii. annaliū. Hos libros si quis nostratis sapiēs. M. Cato in lege meuię suasione rex seleucus arma nostratia facit. Plautus in sticho. Ergo oratores populi sūmates uiri sūmi accūbēt ego infimatis: pro infimas.

Nostrās
Vestrās
Arpinās
Fumāt
Cupīt
Illīc.

Cassius
M. Cato
Plautus

De omnibus pronominibus.

NEcesse est autem omnia pronomina tria habere genera: uel in una eademq; uoce cōfusa: uel ī diuersis distīcta terminationibus. Ideo quia pro uniuscuiusq; rei propriis accipiūtur noibus: quę nomina tā masculinis & foeininis q̄ ī neutris iueniūtur noibus: quę ī ꝑnomibus quoq; necesse est ostēdi seu demōstratione: siue relatione. Queritur tamen cur habeat genus neutrum prima & secūda persona cum naturaliter sermo nō nisi ĩter mares & foeminas exercetur: quorum sūt primę & secūdę ꝑsonę. i. a quibus profertur: & ad quos dirigit loquela. Ad quod dicemus ꝙ possūt ęquidē etiam hominū iueniri noia neutri generis: ut ī maribus hoc basion: hoc beliconiō: quomodo & ī foemininis: glycerium dortium possumus tamē etiam ad res quę nō habēt naturam loquēdi uel audiēdi per cōformatōnē. i. προσωποποιειαν primas & secūdas ꝑsonas; etiam si sint generis neutri: ut foro mari celo. Illud quoq; notādū ꝙ deriuatiua pronomina quę sūt sex: ut supra ostēdimus alterius sūt ĩtrīsecus generis: hoc ē cōmunis trium generum: ī quo possessor ostēditur. & alterius extrīsecus hoc est mobilis in quo possessio denūtiatur: quod terminatōe cōsequēti discernitur: quomodo & numerus: sicut supra docuimus: q̄ quis qualitatem ipsius possessionis nō declarāt: nisi adiūgas nomē. Et sciendum ꝙ ĩtrīsecus propri loco fūgūtur. Extrīsecus uero magis appellātiui: nec solum ī pronoibus deriuatiuis: sed etiā ī noibus possessiuis: & quę a propriis deriuātur īfinitę possūt ĩtelligi possessiones: nisi adiectione nomīs

(. ꝙ. hcono.

(. ut si dicam mei) ~~appar~~ ~~te~~ Intrinsecus significat ꝑsonā possidentis extrinsecus vero possessionē ipsaz

ad ꝑsonā re

ut telamonij homo rien.

προσωποποιία

alicuius discernantur: ut meus filius Telamonius natus: Euandrius ensis. Et uide ꝙ appellatiua magis ascīscunt quę cōmunis sunt qualitatis: tam autē passiua pronomina q̄ nomina in genitiuū primitiuorū resoluuntur. Quid est enim meus filius: nisi mei filius. Euādrius ensis nisi Euandri ensis?

(. possessiua
Lante. 37

Communia pronomina.

COmmune habent possessiua pronomina: cū possessiuis noibus: ꝙ in utrisq; possessio subauditur: & ꝙ binę intelligūtur personę & ꝙ ī genitiuos primitiuorū similiter resoluuntur cū possessione. Non cōmune habēt ꝙ pronomia possessiua omnis sūt cōmunia possessoris. Nomina autē possessiua nō omnis possessoris. Hectoreus enim clipeus unius est propriū possessoris: nec non ab appellatiuis quoq; deriuata q̄ uis sint multorū cōmunia possessorū: non tamē sic possūt esse cōmunia quomodo pronoia: ut humanus marinus. Et ꝙ noia tertię intelliguntur personę nisi adiungātur uerbis substātiuis uel uocatiuis. Pronomina uero primę & secūdę iueniūtur personę. Dubitatur numerus possessoris ī nominibus possessiuis: quę ab appellatiuis deriuātur: ut si dicam taurina uestigia: possūt & unius & multorum ĩtelligi taurorū. In ꝑnominibus uero non: quia tam ꝑ singularem q̄ per pluralē numerū positiones sūt. excepto suus: cuius primitiuū: idest sui cōmune est utriusq; numeri. Possessiua etiā nomina ascēdētibus nō solēt adiūgi: ut hectoreus pater nō dicimus: frater uero uel seruus dicimus: pronomina uero adiūguntur: ut meus pater.

Cnpetwoai.

De figura.

FIgura pronominū duplex est: Aut enim simplicia sūt pronomina aut cōposita. Simplicia sunt omnia alia per nominatiuos. tria tātum cōponūtur unā ĩterpretationē apud grēcos habentia ὁ αὐτός. Iste hic is. cōponūtur igitur iste hic secū: ut istic & istęc istoc. Is uero cū aduerbio idem: quod significat is demum: ex quibus & cōponitur: hoc est ite; is: eius foemininū eadem: neutrum idem ī correpta: quę in masculino ꝑducitur. Virgilius in. iiii. ęn. Idem ambas ferro dolor. atq; eadem ora tulisset. Iuuenalis in. i. Et tamē alter Si fecisset idē caderet sub iudice morum. In neutro tamen ntum pręterea gemiatur cōpositio: dicimus enim idētidem. i. idem & idem: cuius deficiunt casus. Et nominatiuus quidem tā masculini q̄ neutri: ex duobus corruptis est: nec non accusatiuus tā masculini q̄ foemnini. mutatur enim m in n̄ euphonię causa: ut eundē eandem: quod in aliis quoq; cōpositis fieri solet propter eādē cōsonātem: ut quendam quandam quorundam: quę tamen possent & per adiectionē habere extremam syllabā. Cęteri uero casus supradictorum pronoinum hoc ē eadē eiusdem eidem eodem eadem eisdem easdem eisdem eosdē ex ĩtegro & corrupto iueniuntur. Itaq; regula exigit per duas i: uel per e

idemū & fit idem ꝙ

Virg. Juuena.

Idem masculinū. i. ꝑducta
Idem neutrū correpta
Identidem.

& i tam nominatiuum pluralē masculini q̄ datiuos & ablatiuos omniū pluralium scribi. Idē iidem: uel eidem & iisdem uel eisdē. Iuuenalis in. ii. satyra. Implet & ad moechos dat eisdē ferre cinędis. Solent autē auctores etiam per synęresim unā i ponere, p duabus. ut Virgilius in primo. Et crudelia secū fata lyci pro lycii. Et ille urbem patauī pro patauii. Iuuenalis in. iii. Antoni gladios potuit contēnere si sic: pro Antonii. Iste uero & hic nō cōponūtur nisi per eos casus qui in se desinūt: absq; datiuo idest per nominatiuum accusatiuū ablatiuū singularē. per pluralē uero nullum nisi nominatiuū neutri: qui est & accusatiuus. Nā hic solus ī plurali numero habet: ut hic istic: hęc istęc: hoc istoc: hunc istunc: hāc istanc. Terētius in heautōtumerumeno. Suspitionē istāc ex illis quere: hoc istoc hac istac: hęc istęc: q̄ semper singulare sequitur foeminini. Quidā tamē hęc magis quoq; per metaplasmū finis q̄ per cōpositionē proferri confirmant: unde nec aspirationē seruāt: quomodo nec illic illāc. Q̄ autē cōposita seruant ostēdūt aduerbia abhinc adhuc. Nā egomet & cętera quibus adiungitur met magis per porrectionē uel astūptionē: quā grēci uocant ἐπέκτασιν uel παραγωγήν solēt proferri. Et primę quidē personę omnibus adiungitur casibus met: ut egomet meimet & mihimet memet. Secūdę uero personę obliquis solis tuimet tibimet. Nominatiuo autem ideo non additur: ne dubitationē faciat cū etiā tertiū itelligi possit: si dicamus tumet. Itaq; breuē tē syllabā pro met ei addere solebāt auctores uel temet. Lucretius in primo. Accipe pręterea quę corpora tute necesse est. Idem ī eodē. Tutemet a nobis iam quo uis tēpore uatū. Ennius. O tite tute tibi tanta tyrāne tulisti. Alphius auitus in. ii. excellētiū. Seu tutenalis hospites: seu tute captiuos habes. Sunt enim dimetri iābici: unde nec ī alio casu eādē te syllabę adiectionē iuenies: nec non pluralis numeri casib9 additur met aliis absq; genitiuo nosmet & nobismet: & uosmet uobismet. Cicero de domo sua. Nobismet ipsius pontifices. Tertię quoq; personę triptoto. i. suimet sibimet semet. Pte quoq; ablatiuū q̄nq; pronominū possessiuorū inueni ascissere: meapte tuapte suapte nostrapte uestrapte. Sciēdū tamē q̄ & met & te addūt pronoibus supradictis: uel discretiōis causa plerūq; uel significatię: ut Terētius ī adelphis. Egomet rapui: intelligitur ego & nō alius. Cicero pro murena. Quid q̄ cum admoneris: tamen quasi tute noris ita: & salutas tute dixit pro tu ipse p te & nō per aliū. Nā tete utraq; producta accusatiuus geminatus eē ostēditur uel ablatiuus: quod & in prima & in tertia solet fieri psona: ut meme sese. cōposita tamē hęc ostēduntur ī accētu penultimo acuto. Nec mirum eā cōpositionē in his solis casibus iueniri: q̄ soli iter obliquos supradictorum pronoinū singulares sunt monosyllabi. Supradicta enim geminatio in aliis casibus fieri nō solet. Et sciēdū q̄ hoc quoq; ad grecorū imitationē facimus ut iuenīatur quidā casus adhibētes compositionem uel

Lyci. p̄ Lycij
Patauii p̄ patauij
Istic. istęc. istoc
Illic. illęc. illuc
Tumet dici non potest ne verbum esse putetur. ex gl9 uerbis liquet eos aberrare q̄ egomet. memet. & simlia proferunt accentu in ultima. sed in nomnibus dissyllabis & in suis addita met. adiuuari potest uly sit collocanda ut egomet. nā in monosyllabis ut meme nulla est ambiguitas idem dubium de meapte tuapte &c. quę paulo post subiicit.
Tete
Meme
Sese.

Iuuenis
Virg.
Spiritus
Terē.
Cicero
Terentius
Terē
Terentius
Lucret.
Lucretius
Ennius
Alphius
Terent.
Cicero

adiectionē. alii uero abnegent. Solent enim apud illos grecos attici ἔγω γε. ἔμοιγε per duos casus: idest nominatiuū & datiuum γε addere: quę παραγωγή per alios nō inuenitur ἐμαυτοῦ σαυτοῦ deficiunt nominatiuo. Ce quoq; solebāt poēs casus uetustissimi addere articularib9 uel demōstratiuis pnoib9: hoc ē ab aspiratōe īcipiētib9: ut hicce hęcce hocce: ūde hoc quasi duab9 ɔsonātib9 cc sequētib9 solēt poetę pducere: ut hocce erat alma parens q̄ me per tela per ignes Eripis. & sic ī antiquissimis codicibus inuenitur bis c scriptum: quomodo & apud Terentiū in andria Hoccine est credibile aut memorabile. Nūc uero eorūdē pronominum bis casibus frequēter additur ce: qui in s desinūt euphonię causa huiusce hisce hosce hasce. Nec solum poetę sed etiā oratores his utūtur supradictis adiectionibus. Cicero ī. ii. inuectiuarū. Hosce ego nō tam militis acres q̄ inficiatores lētos esse arbitror. Inueniūtur tamē etiā nominatiuū pluralem hisce proferentes antiqui: ut Terētius ī eunuco. Hisce hoc munere arbitrātur suā thaidē esse. In quo uidētur euphonię causa s interposuisse: nec non similiter illicce: unde illic quasi apocopa in fine finiat accētum. Terentius in andria. Illic est huius rei caput. Illiusce istiusce illuce istucce ueteres dicebāt teste Papyriano qui de orthographia hoc ostēdit. Terētius in hautōtumerumeno. Illāccine mulierē alere cū illa familia. Hęc igitur hoc est met pte ce te adiectiones esse ipse sesus arguit: q̄ nullus in his separatis pōt inueniri. Nihil enim cōpositū diuiditur cum separetur q̄uis sit ex corruptis: nō tamen hęc eadē corrupta ab īegris esse ostēdat: ut expers ab ex prępositione & pars. Cōficio a cō & facio. Idē is & demū. Ergo egomet tute suapte huiusce illicce minime dicēda sunt cōposita: q̄ a additio si separetur nihil significare possit per se. Queritur eccū eccā ellū ellā eccos eccas mecum tecū secum nobiscū uobiscū: pronomina sint cōposita an aduerbia: ad quod dicēdum q̄ aduerbia personas simul & numeros & casus in eodē habere non possūt. Sūt enim quędā p̄sonas tātum significātia: ut meatim facis: & facitis. Quędā casus uidēt certos nominis tātum habere: carent autem personis: ut domi domo domum: quędam numeros: ut semel bis. Omnia autē simul supradicta nisi in pronoibus inueniri nō possūt. Sūt igitur sine dubio pronomina. Adeo autē nō ē idem dicere ecce & eccū: q̄ ecce aduerbium: licet tā ad mares q̄ ad foeminas & unū & plures demōstrantibus dicere. Eccū autē nō nisi ad marē & unū & eccam: nō nisi foeminā & unā: eccos & eccas nō nisi plures. Quid est enī aliud eccū: nisi ecce eū, eccā nisi ecce eam: eccos nisi ecce eos: eccas nisi ecce eas: ellum nisi ecce illum: quę omnia tā genera diuersa q̄ casus habēt accusatiuos utriusq; numeri quos exigit uerbū uide uel aspice uel cerne quod sępe p eclipsim solet itelligi. Mecum autē & tecū secum nobiscum uobiscum per anastrophē cū pronoīe prępositio est. unde & casus qui seruiunt prępositioni. cum: idest ablatiui in utroq;

Hocce
Hoccine
al. Verrina
Hisce. nominatiuus pluralis.
Illic. illiusce
illaccine
quod
Eccum. Eccos
Ellū. Ellos
Mecū. Tecū
Secū. Nobiscū
Vobiscum

Nihil. n. compositū diuidtur. (Contra hoc sit nebrissensis. in. 3. postq̄ tractauit de supradictis syllabis adsechomb9. At vero prisciano ex his ytrodis nō fieri compositones asseuerat cum ipse & separate nihil significet quę rō sibera est neq; ęq prepositionib9 inseparabilib9 posset fieri cōpositio qm nusq; nisi in cōpositione reperiuntur q̄ tiemo unq; sed neq; ipse prisc. dicat quod quod eodem prisc. teste addite significent aliquid ne putetur ut ille dicit esse pronomina porrectiones sive extensiones ut q̄ affert et terentio in adelphis egomet rapui intelligitur ego & nq̄ alio ar si dicesset ego ipse. quę igitur partes orationis sunt dicet aliquis. ego adverbia inseparabilia dicere. quemadmodum ytrodis illos. re. con. se. di. an prepositiones inseparabiles. hactenus sed quod rō sane mihi probatur.

numero trium personarū componūtur. Quomodo igitur si dicam pro/
pter te: & te ,ppter idē significo: & cū q b⁹ & q buscū. sic cū me & mecum
Nā antiquissimi utrunq; dicebāt: sed in plurali primę personę cacēpha/
ti causa ~~dicebant~~ per anastrophen dicere nobiscū pro cū nobis. Itaq; pro/
pter hoc reliquarū quoq; personarū ablatiuos similiter prępostere profer
re coeperunt. teste Plinio q. ī secūdo sermonis dubii ostendit: & Cicero
ne qui de oratore bis utitur uerbis. Nolumus cum me & cū te dicer ne ei
dem computationi adiungēdum esset cū nobis: sed potius mecum & te/
cum & secum & nobiscū diximus. cū prępositione quę facit obscenum as
sidue postposita. Antiqui tamen absq; obseruatione naturali ordine li/
cet protulisse inueniūtur. Nulla tamē monosyllaba prępositio anastro/
phen patitur nisi ea & fortassis ideo enclitici uice fungitur: quia encliti/
ca monosyllaba sunt: q; ue ne. Nec mirum supradicta pronomina uni⁹
causa idem pati: cū ī aliis quoq; quibusdā structuris hęc eadem sola com
munes: habent quasdam proprietates. Interest & refert genitiuo solent
adiungi omnium casualium absq; supradictis quīq; pronoibus pro quo
rum genitiuis ablatiuos ponimus possessiuorū: ut interest & refert mea
tua sua nostra uestra. Cuia quoq; infiniti possessiuum cum supradictis
uerbis pro genitiuo primitiui ponitur. Cicero pro Varrone. Ea sedes si
potissimū crimini datur detur ei cuia interfuit: nō ei cuia nihil interfuit
Cuius gentile non solū cuias sed etiam cuiatis proferebāt cōmuni gene/
re. Plautus in penulo. Quid sit cuiatis unde sit ne parseris. Quid est cu/
iates estis: unde aut ex quo oppido. Pte quoq; ea sola in eodem ablatiuo
assumere solent meapte tuapte suapte nostrapte uestrapte. Sed si quem
forte tangit q cū prępositio ī fine sit: ī cōpositione autem plus dicatur ua
lere ea pars quę in fine sit. Sciat q cōiunctiones & prępositiōes & aduer/
bia uim nominū uel pronominum ante se positorum in cōpositione nō
mutant: ut uterq; quisq; quicūq; qualiscūq;: totidem idem tantūdem: cu/
ius genitiuus solus ex obliquis in usu īuenitur tātidem. Terētius in adel/
phis. Tātidem emptā. Quod q̄ quis uidetur pro eiusdē poni: tamē signi/
ficat quantitatem quę in pronoīe minime esse potest: quod substātiam
solam ut sępe diximus significat: Est autē nomen quomodo & simplex
eius tantus tanta tātum: usus quoq; hoc confirmat. Tantidem dixit em
ptam quantitatem similem precii ostēdēs. Tantūdem ergo nihil aliud
significat nisi relationē & similitudinē quantitatis: quod etiam si posset
pro idem accipi: nō tamen etiam pronomē esset. nō enim id quod pro
alio accipitur omnimodo etiam ex eadē specie accipiēdum est. Cōponū
tur nomina cū pronominibus: ut huiusmodi istiusmodi huiuscemodi: si
cut apud grecos αὐτοκίνητος αὐτόχθων φίλαυτος. Et sūt oīa no/
mina etiam quę in fine pronomina habuerint. Cū enim qualitatē signi
ficant pronomina esse non possunt. Componuntur etiam cū aduerbiis

· solebant
Plinio
Cicero
Cū prępositio enclitici uice fungitur
Interest & Refert.
Mea · Nostra
Tua · Vestra
Sua · Cuja
Cicero
Plautus
Terentio
Tantidem
φίλαυτος

pronomina: eccū eccam eccos eccas ellum. Cū prępositione etiam secun
dum Donatum: mecū tecū secum. Nec mirū per singulos quosdā casus
ea componi: quomodo & méme tete sese. ~~Cōmunia~~ quoq; supradicta p
genitiuos cōposita ~~sicut~~ solos: quos enim casus separata per appositionē
habere exigebat structura eos in cōpositione seruare. Quid est enim hu/
iusmodi nisi modi huius: eccum nisi ecce eū: mecū nisi cū me: quod uetu/
stissimis erat in usu sicut supra dictum est.

De numero.

Numerus pronominibus accidit: q. & noibus & uerbis & partici
piis: idest singularis & pluralis. Sola enim declinabilia possūt
habere ex iisdem uocibus tam singularē q̄ pluralē numer: idest
quę sub personas finitas siue infinitas cadere solent: sine quibus numeri
declinabiles: idest singularis & pluralis īueniri nō possūt. Itaq; si careat
uerbum persona: quod dictum est iam caret necessario etiam numero:
ut infinita & impersonalia & gerundia. Pricipales igitur duę partes no/
men & uerbum: & quę loco eorum funguntur: hoc est participium & pro/
men: supradictos numeros habēt in declinatōe. Alię autē quattuor par
tes hoc est prępositio cōiunctio aduerbium interiectio: declinatione ca/
rentes numeros supradictos habere nō possunt. Quātuis igitur aduerbia
sunt quędam numerorum: tamē nō ex eadem uoce singularem & plura/
lē significant: nec ad psonas ~~ad~~ singulas singularem: ~~ut~~ plures pluralem
quomodo supradictę partes reddunt numeros. Sed similiter uel uni uel
pluribus eadem adiūgūtur siue singularis sint numeri siue pluralis: ut se
mel facio: semel facis facit facimus facitis faciunt. Similiter bis ter qua/
ter sępe cū declinabiles partes necessario sibi adiūctę eosdē numeros ser/
uant: ut facimus nos: faciunt homines: faciunt scribētes. Ecce omnes plu
rales: & iterūm facio ego: facit homo: facit scribens: en ubiq; singularibus
utimur. Cum igitur duo ī pronomine quoq; quomō in nomine sint nu/
meri: singularis & pluralis: sunt quędam numero cōmunia: ut idem. di/
cimus enim idem uir & idem uiri. Sūt alia nō solum numero: sed etiā di
uerso genere cōmunia: ut hęc mulier: & hęc mācipia. Possessiua autē quē
admodū iā diximus duplicem significāt numerum. Et ītrinsecus quidē
eūdem habēt quem primitiua eorū. Extrinsecus autem pro terminatio
nis forma singularem & pluralem: meus mei: noster nostri: unde suus: q
& primitiuum eius utriusq; est numeri cōmune. Idquoq; ītrinsecus utri
usq; numeri cōmune tam per singularem q̄ per pluralem declinationē.
Dicimus enim suus illius: & suus illorū.

Explicitum est de pronoīe: sequitur de casibus.

Casus quoq; accidit pronominibus: quēadmodum & nominib⁹
& prima quidem persona & tertia plus quīq; casibus habere nō
possūt: quippe cum uocatiuus in eis nullo modo possit īueniri:

Mecū · Tecū · Secū
cū nompna
psonas finitas siue pn finitas
Idē uir · Idem viri
Lauve · 58
Finis libri duodecimi · Incipit ~~quattuordecimi~~ xiij

qui proprius est secūdę. Quę sola habens uocatiuū sex casus potest habe-
re. s. ad quem sermo rectus dirigitur. unde nomina quoq; & participia ī
uocatiuo casu secūdę sunt personę sine dubio & finitę. Itaq; etiam ī appel
latiuis nominibus ipsa demonstratōe secūdę personę propriorū loco fun
gi uidētur in eo casu: ut si dicam. Grāmatice neminē alium significo ni-
si eum ad quem loquor. Si igitur in illis partibus quę tertię sūt plerūq; p-
sonę: tanta uis est uocatiui: ut trāsferat illas ad ~~tertiam~~ personā quomō ī
pronomine: quod totum est secūdę personę: hic deficit casus: ~~ut~~ ad aliam
transferatur personā: cū nulla alia pars sic discernat trium personarum
differētias: quomodo pronomē. Primę quoq; psonę possessiuū quod so-
lum etiam secundę personę potest adiungi: sicut supra dictum est habet
uocatiuum nō possessoris: qui est ī prima persona quę intrinsecus secun
dum genitiuum intelligitur primitiui: sed possessionis quę cū extrinsec⁹
declinatur: uocatiuum quoq; propter secūdā assūpsit personā cum ad eā
dirigatur. Terētius in andria. Pater mi. Idem ī eunucho. O mea tu. Idē ī
eodem. O mea thais: meum suauiū. Idē ī adelphis. O noster demea. No-
stras quoq; gētile eūdem habet nominatiuum & uocatiuū. Alia uero si-
cut docuimus possessiua pronomina: q.a secūdę adiungi nō possūt: carēt
uocatiuo. Sūt igitur alia monoptota: ut istōc eccum eccam eccos eccas el
lum mecum tecum secum nobiscum uobiscū. Alia triptota: ut sui sibi se
meum tuū suum nostrū uestrū. Alia tetraptota: ut tuus suus illud istud
Alia pētaptota: ut ille ipse iste. Nā hexaptota pronomina nō īueniunt:
quia secunda persona in quo solum sex casus īueniri possunt similē ha-
bet nominatiuo uocatiuū: ut Virgilius ī. iiii. nominatiuū protulit. Tuq;
puerq; tuus. Terētius ī eunucho uocatiuū protulit. O mea tu. Deriuati-
ua quoq; primę personę habent uocatiuos: quia possūt secūdę adiūgi p-
sonę: ut dictum est. nō tamen ī omnibus uariantur casibus: nec in oībus
tamen hoc īuenies nisi tribus quę nominatiuū in us: & genitiuū in ius ter
minātia secūdum quorūdā pronomina declinationē flectuntur. unde q.
dam decepti pronomina ea esse putauerūt: ut unus unius: solus solius: to
tus totius. Nā ullus nullus alius uocatiuos habere nō possūt cū abnegāt
pręsētiam demōstrationē personarū. Vocatiuus autem pręsentem solet
demonstrare personam.

Nomina & participia in uocatiuo casu secūdę sunt psonę.

~~Quamodo dicet aliquis nō ne istud inuenitur ut terentius inquit. nec istunc ex illis quę et istunc qd terentius libro ait docuit~~

hoc est nō sunt exaptota.

Tria tm noia hexaptota pnōmm seruantia declinationē.
Vnus. Solus. Totus.

ἐμοῦ & ἐμοῦς
σοῦ & σοῦς
ὅ καὶ ὅς.

De prima declinatione pronominis.

SI Vnt igitur in pronominibus modi declinationū. iiii. primus qui
in tribus primitiuorū personis cernitur per obliquos casus. Nam
nominatiuus primę personę dissonus est a genitiuo. Tertia uero deficit:
ut ego mei uel mis: tu tui uel tis: sui quod debuit secūdum analogiā esse
sui uel sis: quod dubitationis causa ne uerbū esse putetur r̄cusauerūt. Nā
cum ad grēcorū imitationē bis quoq; utimur duplicibus genitiuis prono
minū, apud illos enī ἐμοῦ & ἐμοῦσ dorice σοῦ & σοῦσ: & οῦ & οῦσ

ī secūdę

Terent.
Terent.
Tere.
Tere.

Virg.
Terent

desinere

dici solet. In οῦσ autem desinēs genitiu⁹ solet apud nos ī is ~~diffinire~~: ut
δημοσθένους demosthenis ἑρμογένους hermogenis. In oy uero ī ι πρι-
άμου priami κύρου cyri. Sic ego ἐμοῦ σοῦ: mei tui sui ἐμοῦσ σοῦσ
mis tis sis: sed propter supradictā causā tacitus est tertię huiusmodi ge-
nitiuus. Ennius ī. ii. Ingens cura mis cum cordibus mis equiparare: mis
dixit pro mei. Datiuus mihi tibi sibi: nec mirum ī easdē uocales geniti-
uum & datiuum exire cū ī nominibus quoq; inueniūtur similiter desinē-
tes genitiui & datiui tam in prima q̄. in quinta declinatione. Accusati-
uus me te se. Ablatiuus similis est accusatiuo in singulari numero. Nec
dubium hoc quoq; a grēcis esse acceptū. Illi enim ἐμέθεν σέθεν. Accusa
tiuos cū adiectione proferentes loco genitiui accipiunt: eumq; quidā ex
ipsis sextum casum existimauerunt. Nec nō etiam in noībus simili mo-
do plurima inueniūtur prolata οὐρανόθεν ἀπό οὐρανοῦ οἰκόθεν ἀπό οἰ-
κοῦ. Et cum prępositione ἐξουρανόθεν ἐξοίκοθεν: unde Romani sextum
casum assumpserūt. In plurali uero numero: quia tertia persona: idest
sui tam singularis cōmunis est q̄. pluralis numeri prima & secunda sibi
congruunt: ut nos uos: nostrum uel nostri: uestrum uel uestri: nobis uobis
nos uos: a nobis a uobis. Exprimis igitur syllabis tam primitiuo⁹ q̄. pos-
sessiuorum personę intelliguntur: ab extremis casus & numeri. Nec non
etiam in possessiuis genera quę in possessione sunt cum uerba soleant p-
sonas in fine magis ostendere: Amo amas amat. Q̄. igitur habeant no
minum: idest casus & genera in fine ostendunt: ꝓ uero uerborum in pri-
cipalibus syllabis uitādę causa confusionis quęritur inter mei tui sui no
stri uestri genitiuos primitiuorū & possessiuorū q.d ītereſt: Ad quod di-
cendum ꝓ primitiuorum genitiuis omnes casus adiungi possunt & nu-
meri: ut mei ager est: mei agri: & mei agrorū: & meis agris: & mei agros
dicimus. Similiter tui agrum: & tui agros: sui agrum & sui agros dicim⁹
nostri agrum & nostri agros: uestri agrum & uestri agros. Quando autē
sūt possessiua genitiuis adiūgūtur solis eiusdem numeri: mei serui filius
tui serui uestis: sui serui ministerium: nostri serui frater: uestri serui soror
Nec mirum cum in omnibus quoq; hoc idem seruatur. Nam primitiuo
rum genitiuis omnes casus adiungi possunt. uel numeri: ut Tulli ager:
agri agro agrum agri agrorum agris agros. In possessiuis uero similis ca
sus adiungitur: & numerus: ut tulliani agri: tullianum agrum: tullianos
agros. In omnibus autem cōcidentibus hoc sciendum ꝓ structura uel or-
dinatio orationis dubitationem repellit. Nulla enim alia re discernūtur
a se tam partes orationis q̄. accidētia eis nisi significatione: ad quam &
constructio fit. Nam inueniūtur uoce sępe similia: ut amator accusator
hortator: & nomina sunt & uerba. Similiter poetę musę diei rei & geniti
ui sunt & datiui. Significatione igitur discernuntur a se quę attētissime
est in omnibus inspiciēda. Queritur etiam illud cur quum apud grēcos

Emi? Lauren. 37

Lauē 57

Datiuus
Accusatiuus
Ablatiuus

tertia persona pronominũ primitiuorũ & singulari numero habeat noi-
natiuum: ut ἐγώ σύ οὗ. Et ĩ pluralis apud latinos sui: & nominatiuo de-
ficit: & pluralia separatim nõ habuit: & existimo eã esse causã: quod ne-
cesse erat: uel cum aspiratione proferre nominatiuum: & hi dicere, q̃ plu
ralis erat alterius pronominis, uel loco aspirationis s prępone re & si dice
re, quod est cõiunctio. Ergo iure deficit ne dubitationem faceret sicut &
sis in genitiuo pro sui pluralis quoq; qui est οἱ apud gręcos in hi trãsferẽ.
Omnia enim pluralia apud gręcos οι desinẽtia mutant eam ĩ i: λατῖνοι
latini: sic οἱ hi: & quomodo λατίνων latinorum: sic ὧν horum: & sicut
λατῖνοις latinis: sic οἷς his: & quẽadmodũ λατίνους latinos: sic οὓς
hos. Foemininũ quoq; λατῖναι latinę: sic αἱ hę: λατίνων latinarum: ὧν
harum λατῖνας latinas ἃς has. Vnde aspirationem quoq; ubiq; serua-
uit, quę est & in gręcis ex quibus nascũtur pronominibus. hoc tamen iter
est: q̃ tertia persona primitiua apud gręcos relatiuũ est: quomodo & sui
sibi se a se: & is eius ei. hic uero & hęc & hoc apud nos demonstratiua sũt
proprie & prępositiua: q̃ quis a relatiuo gręco uideantur genita. Necessa-
rio igitur cum tria pronomina pro uno habuimus deficit sui nominati-
uo. & cõmuues habuit numeros. Nec mirum cum apud gręcos nominati
uus supradicti pronominis idest οἱ rarus est in usu, prętera q̃ nõ solum
οὗ uel ἀυτοῦ: sed etiam ἑ ἀυτόν significat frequentius: quod nec apud
gręcos habet nominatiuum: quia ipse in se agere qui patitur per hoc pro
nomen ostenditur. Nec eget recto casu quẽ uerbũ habet in se.

De secũda declinatione pronominis.

Secundus est modus eorum quę in ius terminant genitiuos: quo
rum datiui abiecta us genitiuorum solent proferri. Ille illius il-
li: ipse ipsius ipsi: iste istius isti: is eius ei: hic huius huic: quod so
lum assumpsit c per omnes casus singulares absq; illis qui in s desinunt:
hoc est genitiuo singulari: & datiuo & ablatiuo & accusatiuo pluralibus.
Quibus tamen frequenter auctores solebant addere ce syllabã huiusce:
quomodo & pluralibus eius ĩ eãdem terminantibus cõsonãtem: ut hisce
hosce hasce: q̃ uis reliquis quoq; casibus uetustissimi addebant eãdem ce
syllabam: hicce hęcce hocce. Vnde uocali quoq; sequẽte ablata per sinali-
pham manẽtibus duabus c solebant producere hoc: ut Virgilius in secũ-
do ęuei. Hoccerat alma parens q̃ me per tela p ignes Eripis. Sed scripto
rum negligẽtia prętermisit unũ c. Et sciendum q̃ accusatiui singulares
& genitiui plurales m in n cõuertunt c sequẽte: ut hũc hanc: horũce harũ-
ce. Genitiuus & datiuus supradictę declinationis in ius terminãtium cõ
munis est trium generũ: ille illius illi: & producitur penultima i genitiui
quam tamen poetę etiam corripiũt absq; uno alterius: quod quia solum
duabus uicit syllabis proprium nominatiuũ: corripuit penultimam sem
per. Reliqui uero casus secundũ mobiliũ regulã nominum declinantur:

illum illam illud: ab illo ab illa ab illo. Similiter plurales: illi illę illa: illo
rum illarũ illorum: illis: illos illas illa: ab illis. Sic cętera eiusdem formę:
tam pronomina q̃ nomina. Et sciẽdum q̃ ĩ e quidẽ terminantia masculi
na mutatione e in a faciunt foemININA: ille illa: ipse ipsa: iste ista. Is uero
ea facit q̃ solum litteram principalẽ mutauit ĩ foemININO. masculinũ. n.
ab i: foemininũ ab e incipit. hic enĩ & hęc ab eadem littera uidẽt ĩcipere:
cũ aspiratio in pricipio utriusq; ascribit quomodo & apud gręcos ἀυτοσ
& ἀυτή uel ὅσ & ἥ q̃ uis diuersas habeant uocales: ab eodem tamẽ ĩcipi
unt spiritu. Eorum neutrũ hoc: quia & principiũ & finẽ seruauit masculi
ni mediam uocalẽ mutauit. Illud etiam attendendũ: q̃ cũ ille illud: iste
istud: is id faciunt neutra. Ipse solum: quod & ipsus ĩuenitur a uetustissi
mis prolatum neutrũ in um desinẽs fecit. Terẽtius in andria. Ipsus mihi
dauus qui intimus est eorum cõsiliis dixit. Idem in eodẽ. ~~Istuc ipsũ. Atq~~
hoc ipsũ nihil pericli est me uide. Illa enim quę quibusdam uisa est ratio
non adeo firma uidetur: ideo in um facere neutrũ: quia ĩ us desinit ma-
sculinũ. Nã alius cũ in us terminetur: neutrũ tamen aliud fecit. Omnia
neutra pluralia similia sũt singularibus foemininis ut illa ea hęc.

Terentius

Ipsus

Vpradictorum pronominũ declinationẽ sequũtur nomina octo:
in us quidẽ desinẽtia quinq;: unus totus solus alius ullus: quod ta-
men ab uno diminutiuũ esse plerisq; uidet. Sicut a uino uillũ: & quod ab
eo cõponitur nullus. In er duo: uter alter: & ab eis cõposita: uterq; alteru
ter neuter. In is uel in i unũ: quis uel qui: & quę ex eo cõponuntur. Hęc ta
men ipsa secũdum mobilium regulam nominum solebãt apud uetustis-
simos terminare etiam genitiuos & datiuos: ut Terẽtius ĩ andria. Tam
iners: tam nulli cõsilii: pro nullius consilii. Idem in hautontumerumeno.
Dum loquitur altere: pro alteri. & in eunucho. Solę mihi ridiculo fuit: p
soli. Et cuicuimodi pro cuiuscujusmodi. Cicero pro Sex. Roscio. Vereor
enim cuicuimodi est Roscine, ita hunc uidear seruare: ut tibi omnino nõ
pepercerim. Cum igitur iũniores frequẽtius supradicta nomina secun-
dum in us terminãtium pronominũ formã declinauerunt. In uno ex eis
magis nominum declinationem sequuntur: neuter neutri neutro dicẽtes
cum apud ueteres etiam in ius secũdũ simplicis sui declinationem inue-
niatur desinẽs genitiuo: & in datiuo. Plautus in uidularia. Neutri redi-
bo donicũ res diiudicata sit. Cum igitur supradictę formę nomina sole-
ant in um facere neutra: unus unum: solus solum: totus totum: ullus ullũ
uter utrum: alter alterum: duo tãtũ ĩ d finiunt ea: quis quid: alius aliud.

Terentius
Terentius
Terentius
Cicero
Plaut.

Nomina octo quę pro nominũ declinationẽ secuta sunt.

Cui cui modi est

Neutri · neutrę · neutri
Neutro · ę · o ·

De genitiuo nominis alius.

Alis quoq; antiquissimi pro alius protulerunt: eius genitiuus rarus
est in usu. Et cũ debuit una syllaba uicere suum nominatiuũ: & da-
tiuum tamẽ par est syllabis: sed producit i penultimam semper. Necnõ
etiam secũdum nominum secũdę declinationis regulã in i quoq; ĩuenit.

genitiuus

alis

Alis
Alius

Marcus Celius de uestitu & uehiculis. Nam per iniuriam si & cum mi-
hi ob eos mores: quos prius habui bonos detur: ubi datus sit: tum uti eos
mutem: atq; alii modi sim. Quintus in secundo. Peruersum esse alii mo
di postulare pyrrhum i te: atq; in cęteris fuisse. Cecilius in primo. Neq;
ipsi eos alii modi esse atq; hamilcar dixit ostendere possũt aliter. Idẽ etiã
in quinto. Nullius alius rei nisi amicitię eorum causa. G. Cesar in anti-
catone priore. Vno enim excepto quẽ alius modi atq; omnis natura fin-
xit suos quisq; habet caros. G. Fanius in primo ãnalium. Cum in uita a-
genda dicimus: multa quę ipręsentiarum bona uidentur post inueniri:
& multa amplius alius modi atq; ante iussa esse. Sed quod est mirũ foe-
minini etiam generis genitiuum quidam in i protulerũt. Celius in prio
anteq̃ bartha perierat alii rei causa africam missus.

De Quis.

Q Vis etiam cõmunis eẽ generis putauerũt uetustissimi: sicut apud
gręcos ὅστις. Terẽtius in eunucho. Hunc oculis nostrarũ quisq̃
non uidit phedria: nostrarum quisq̃ dixit pro quęq̃. Plautus i uidularia
Dic mihi si audes quis ea est quã uis ducere. & obliquos eius casus tã se-
cundum tertiam q̃ secũdam declinationẽ terminabãt. Vnde nũc quoq;
accusatiuus masculini i em secũdũ tertię proportionẽ profertur q̃uis foe
mini in am: ut quẽquam. Ablatiuus nõ solum in o: sed etiam in i. a quo
uel a qui: & a qua uel a qui. Virgilius in undecimo. Accam exęqualibus
unam qui cum partiri curas: pro qua cum. Terẽtius i eunucho. Qui cum
parmenone. Nominatiuum quoq; pluralem nõ solũ in i & ae: sed etiam
in es: qui quę uel ques: accusatiuũ etiam quos quas uel ques: ut Pacuuius
in medo. Ques sunt isti. Cato. Quescũq; romę regnauissent accius i neo
ptolomeo: Sed quesdam. Nam datiuum & ablatiuum nũc quoq; tam p
is q̃ p bus proferimus quis uel quibus. Sciendum autem ꝙ qui quãdo p
interrogatiuo uel infinito: idest pro quis ponitur circũflectitur. Quando
autem pro relatiuo acuitur per se in lectiõe grauatur ὅστις. Similiter obli
qui casus generalem accẽtuum regulam seruant quãdo sũt infinita: uel
interrogatiua. Quando uero relatiua acuuntur per se. In lectione uero
grauãtur per omnes sy llabas. Queritur in hoc modo declinationis cum
omnis datiuus una syllaba minor sit genitiuo: ut illius illi: istius isti: ipsi
us ipsi: unius uni: solius soli: utri? utri: alterius alteri: an huius huic: cuius
cui: eius ei. An monosyllaba sint accipienda in datiuo: quod regula exi-
git. Et pleriq; poetarũ metris cõprobãt: ut Virgilius in quarto eneidos.
Cuiq; loci leges dedimus cõnubia nostra Repulit. Idem in .i. georgico:
Huic a stirpe pedes temo protẽtus in octo: & ubiq; hoc seruat. Inueniun-
tur tamen: sed raro bissyllaba: & maxime ei differentię causa ne interie-
ctio esse putetur: quod de nomine quoq; tractãtes memorauimus. unde
pluralis etiam datiuus & ablatiuus secundum analogiã i ius terminãtiũ

·M. Celius
Quintus
Cecilius
Cesar
C. Fanius
Celius
Terent
Plaut
Virg
Terent
Pacu
Cato
Accius
Virg
Virg

Quis

Cui
Hui
Ei

genitiuum singularẽ: quorũ datiuus singularis in i terminans: & pluralis
in ãs desinens pares habet syllabas: ei eis uel iis: sut cui quis: huic. In quo c
per adiectionẽ differẽtię causa accedit bis: q̃uis & bibus pro bis antiqui
protulerunt. Plautus in gurgulione. Eodem hercle uos paro & propono
paratissimi estis bibus: quod per dieresim autẽ ei & eis iuenitur bissylla
bum ostendit Iuuenalis in quinto. Implet & ad moechos dat eisdem fer-
re cinędis. Statius quoq; huic uidetur protulisse per dieresim syllabarũ i
primo. Lętus huic domo uideas dare iura nepotes. Idem in eodẽ. Falsus
huic pennas & cornua sumere terrę. Cui quoq; terentianus de litteris: ue
rum ut cuiq; est proximitas loci sorori. Est enim sotadicũ ex duobus ioni
cis a maiore & tribus trocheis. Idem i eodẽ. Ex ordine fulgens cui dat no
men sinopes.

Plaut
Iuuena
Statius
Statius
Terentia

Eis · iis · monosylla
Hibus.

De tertia declinatione.

Tertius modus declinationis pronominum est: qui sequitur p oĩa
mobilium declinationem nominũ: meus mea meum: tuus tua tu
um: suus sua suum: noster nostra nostrum: uester uestra uestrum. Notã-
dum tamen ꝙ meus cum secundũ regulã uocatiuũ deberet facere o mee
euphonię causa duas e breues in i longam cõuertit. Terẽtius in adelphis
O mi ęschine: o mi germane. Idem in eunucho: Heu parmeno mi nostin
Adeo autem masculini est uocatiuus possessiui. & non genitiuus uel da
tiuus primitiui per syncopã: quod quibusdã uidetur: ꝙ nũ q̃ uocatiue po
situm foemininо uel neutro adiũgitur: cuius quidã nominatiuũ ẽt mius
dixerunt uel mios: quod Carisius & celsus ostendunt.

Teren.
Terent.

Mi vocatiuus

De quarta declinatione.

Q Vartus modus est qui sequitur pet omnes casus tertię declinatõis
nomina nostras nostratis: quod ideo in extrema circũflectitur syl-
laba ꝙ p syncopam profertur. Vetustissimi enim similem genitiuo no-
minatiuum quoq; proferebant.

O non esse pronomen.

O Non esse pronomen nec articulum multis modis ostenditur. Nã
ex quo sit nominatiuo. Tu enim quod est secũdę persone eundem
habet nominatiuũ & uocatiuũ: qui assumit o: ut o tu: hic & hęc & hoc sũt
tertię persone quę carent uocatiuo. Non est igitur pronomẽ nec articul?
cum semper i demõstratione ponitur o: quę contraria est relationi: quã
articulus significat: deinde articulũ Romani nõ habent. Nam idẽ q̃uis
ὁ ἀυτός: quod est articulus prępositiuus: cum pro nomine significet. a-
pud nos tamen non ex articulo & pro nomine cõponitur: quẽadmodum
apud gręcos: sed ex pronomine & aduerbio is & demum: qui quoq; ὅστις
significatione & interpretatione uidetur habere articulum subiun-
ctiuum. Simplex est tamen nomen apud latinos: quomõ plurima quoq;
alia iueniuntur apud nos simplicia quę apud gręcos cõposita sũt: ut felix

Articulũ romani nõ habent.

ἐυτυχής:Sanctus ἅγιος ἐυσαθής:pius ἐυσευής:& alia mille: non tamen ideo significationem grecam attẽdentes debemus ea composita dicere uel quę excontrario inueniuntur simplicia apud illos composita ut incestus μοιχός αἰμομίκτης: ineptus μωρός superfluus περιττός sicut & multa alia. Sine igitur dubio o aduerbium uocãdi:& optandi :est etiam interiectio. Nihil tamen interest inter o hoc est uocatiuum & heus. Quomodo enim dicimus heus:Iuuenes:sic o iuuenes. Itaq; omnibus uocatiuis prępositur o tu :o mi:o noster. Quippe aduerbium uocandi quod nulli alii casui nisi uocatiuo huiuscemodi aduerbia possũt adiũgi. Sicut etiam uerba secundę personę :ut uenisti ad me Virgilii :& pronomina fecisti:tu homere uenisti :tu terenti;cum substantiuis uel uocatiuis adiũgãtur uerbis. Tunc enim etiã nominatiuis utimur quomodo & in prima & in tertia persona:ut tu es doctus:ego sum prudens : Priscianus ego uocor:tu uocaris Herodianus.

Male igitur secundam personã nominatiuum nõ putauerunt habere. Si enim nomina quę semper sunt tertię personę:tamen si cũ supradictis uerbis sint iuncta possunt etiam primam & secundam significare:ut Socrates sum:Socrates es:Socrates est:Socrates uocor:Socrates uocaris:Socrates uocatur. Quomodo non ĩ pronominibus quoq; quę maxime discernunt personas accipiamus nominatiuum etiam ĩ secũda persona. Ego sum bonus:tu es bonus:ille est bonus. Non igitur nominatiui nominum uel participiorum sẽper tertię sunt personę:sed quãdo carent uerbo substantiuo uel uocatiuo. Nemo enim recte dicit Apollonius ambulo:Aristophanes ambulas. Pronomina enim primę & secũdę personę ideo maxime accipiuntur:ut loco propriorum fungantur nominum cũ uerbis earundẽ personarum:ut ego ambulo:tu ambulas. Itaq; loco tertię personę melius nomen ponit:& maxime si abest:ego facio:tu facis: Tullius facit:nisi prẽsens sit uel iuxta:& demõstratiue hoc ipsum uolẽtes indicare dicamus hic uel iste uel lõge uideatur:& dicamus ille: uel si absit quasi de iam cognito utimur relatiuo is dicẽtes. de quo iam nouimus aliquid uel locuti ante sumus. Cum igitur semper ĩ demõstratõe sit prima & secunda persona. Hoc autem nominis careat nominatiuus:iure ad tertiam personam retruditur. Substãtiuis autem & uocatiuis solis ideo adiunguntur uerbis:& primę & secũdę personę nominatiui nominũ:q uidentur ipsa hęc uerba uim demõstratiuã habere. Ostendũt enim substãtiam ipsarum personarum uel nominationem in qua similiter substantia demõstratur:nec egẽt pronominibus quę demõstrationem substãtię significant.

Q. nominatiuus uocatiuo ĩ diuersis personis adiũgi nõ potest.

c Vm igitur omnia quę sibi cõiũgũtur ĩ diuersis posita personis casualia siue disiungãtur siue copulẽtur eundẽ seruãt casũ. Vocatiu?

hoc solus seruare non potest. Dicimus enim uel Probus uel Donatus:& Priscianus & Theotistus:& ego & ille:uel mei uel tui:& mihi & tibi: uel me uel te:& a me & a te. Vocatiuus autem nisi in una eademq; persona conferãtur diuersa nomina iungere nõ potest:ut bonę & castę & formosę quia alia persona hunc casum habere nõ potest nisi secũda:& ideo diuersas personas iungere non possumus. Ceteris uero casibus diuersas personas iungimus:quippe cum in omnibus illi iueniunt personis. Ergo quãdo dicimus ego & tu & ille:sine dubio nominatiuus est tu. Idẽq; maxime dignoscitur in plurali numero q pluralia conceptionẽ habent personarũ. Ergo quãdo dicimus ego & tu docti sumus sine dubio tu nominatiuus ĩtelligitur. Et q pronomina iisdem casibus adiungũtur in nominibus: Ego Virgilius.tu Virgilius:ille Virgilius:mei Virgilii:tui Virgilii :illius Virgilii. Et q ad interrogationes nominatiui redduntur:quis scripsit ego:quis scripsit tu:quis scripsit ille.

e T quicquid habet uocatiuũ:hoc etiam nominatiuũ habet:q cquid autem nominatiuum non omnimodo uocatiuũ:neq; enim interrogatiua nomina:nec ĩfinita:nec abnegatiua:nec distributiua uel imperatiua:nec relatiua:quę omnia carent demonstratõe uocatiuos pollicẽtur: ut quis uel qualis qui talis quantus tãtus alius nullus alter alteruter uter uterq; singuli bini terni quaterni:& similia. Nec primę & tertię personę pronomina. Cętera autem nomina per uocatiuos casus etiam si sint appellatiua loco propriorũ fungũtur. cum demõstratio ipsa diffinit secũdã prẽsentẽ psonã:& hẽt in se uim & significationẽ pnois tu uocatiui. Illud etiam sciendum est q omnia pronomina apud latinos absoluta sunt:& tam prępositiua q subiunctiua rectiq; accẽtus apud latinos:idest ὀρθούμενα cum apud grecos sint quędam ĩclinatiua:ut μοῦ μοί μέ:ego dico:dico ego:tu dicis:dicis tu:ille dicit:dicit ille. Absolutę autem dicũtur quę cũ aliis sotiari possũt uel nõ. Nã dicẽdo. Ego dico:possum & solus intelligi & cũ alio. Solet tamen met addita plerũq; significãtiam uel discretionem ostẽdere:quam greci διασολήν dicũt:egomet:ego & nõ alius. Necnõ etiã ipse ego:uel egomet ipse:ut Terẽtius ĩ adelphis: Egomet rapui:ipse ego solui argentum:idest ego & nullus alius. Sui hoc solũ apud latinos reciprocum fit in eadem tertia persona : quod greci ἀντανακλαστόν uocãt:idest quãdo ipsa in se actum reflectit persona:ut eadẽ sit:& agens & patiẽs:quod ἰλιοπάθειαν uocant potest significare ἑαυτοῦ sui:ἑαυτοῦ & σαυτοῦ:quod est primę & secũdę personę nõ habemus:sed pro eis simplicibus primitiuis utimur: quę tam in reciprocatione q ĩ trãsitione poni possunt:ut mei misereor:& mei misereris. Similiter tui misereris & tui misereor. Nec mirum cum apud grecos quoq; uetustissimus omniũ fere auctorum Homerus simplicibus utitur pro compositis ἐμέ ἄντου pro ἐμαυτου. Sui quoq; tã ἑαυτοῦ q oũ significat

quod ſemper eſt relatiuum. Nec mirum: cū hoc quoq; apud Homerum inueniatur ſepe ſimplex pro compoſito προ ἑαυτοῦ φέυγον τα: ideſt ante ſe fugientem ἀυτοῦ pro ἑαυτοῦ dixit. Nominatiuum autē ideo non habet hoc pronomē ideſt ſui ſibi ſe a ſe: quia neceſſe eſt quando ἑαυτοῦ ſignificat tam actionem q̄ paſſionem in eadem intelligi perſona. Nec aliter igitur poteſt proferri is in quem agitur aliquid niſi per obliquos caſus. Euenit enim ut a nominatiuis actꝰ proficiſcētes ad obliquos ſiue in trāſitione perſonarum intelligātur: ſiue in una eademq; perſona. In trāſitione: ut Ariſtophanes Ariſtarchū docuit: ego te honoraui: tu mihi dediſti: & per ſola quoq; uerba nominatiuus intelligitur: & trāſit rurſus ad obliquos: dedi tibi: honoraui te:. In una quoq; eadēq; perſona hoc idem fit: ut Phemius ſe docuit. docēdi enim trāſitio nō ad alteram perſonam: ſed ad ipſum Phemium reciprocatur. Aiax ſe interfecit: rurſus enim interfecit ad ipſum Aiacem reciprocatur. huiuſcemodi igitur ſtructuris primitiuorum pronominum cum uerbis accidit una eademq; uoce: & tranſitiuam demonſtrare perſonā & reciprocam: Vnde Homerus quoq; antiquitatis auctor in ſimplicibus ſemper pronominibus & intrāſitiuas ponit: ut dictum eſt perſonas & trāſitiuas: ut ἐμοῦ σοῦ p ἐμαυτοῦ. Vnus enim & idem loquitur ἐμέ autem & ἔγνω tranſitiue. Alter enim cognouit: & alter eſt cognitus. Poſtea uero iuniores addidere compoſita pronomina: quę intrāſitiuas ſignificarēt perſonas: ſimplicibus uero uſi ſunt trāſitiuis. Itaq; ἰλιοπαθεῖσ compoſitas: ideſt ipſas agentes: eaſdemq; patientes dixerūt. Illas uero hoc eſt ſimplices ἀλλοιοπαθεῖσ hoc eſt in alias paſſionem facientes nominauerunt. Iure igitur nos qui ī pleriſq; antiquitatem ſeruauimus grēciē: in pronominibus quoq; ſecūdū homericam auctoritatem ſimplicibus utimur etiam pro compoſitis: id eſt nō ſolum cum ī aliam perſonā agit: ſed etiam cum ipſa in ſe. In aliam ut Virgilius in. iiii. ēnei. Cui me morituram deſeris hoſpes? Terentius in adelphis. Facio te apud illum deum ſin ſe. Idē ī andria. Nec quid nūc ~~quę~~ me faciam ſcio. Idem in adelphis. Edepol ſiriſce te curaſti molliter. Quęritur igitur cur ſi mei pro ἐμοῦ & εμαυτοῦ: & tui pro σοῦ & σαυτοῦ accipiantur: & tamē nominatiuos habent ſui cum pro οὗ & ἑαυτοῦ accipitur: non habet nominatiuum: ad quod multa ſunt dicenda. primū q a ſi loco aſpirationis ut ſupra diximus: quę in prīcipio tertię perſonę apud grēcos ideſt ὗ pręponeretur. ſ. nominatiuo eſſet dubitatio ad cōiunctionem. quomodo enim οὗ ſui: & οἱ ſibi: & ἕ ſe: ſic nominatiuus ſi debuit eſſe. & in aliis enim dictionibus quibuſdam ſolēt latini ęoles ſequētes uel in digama u: uel ī ſ conuertere aſpirationem ἡμισυ ſemis: ἕξ ſex: ἑπτά ſeptem: & fortaſſe ideo ex eo per anaſtrophen factum eſt is aliud pronomen: quod propterea puto: & relatiuum eſſe quomodo apud grēcos. Deinde q̄ huius ipſius ideſt nominatiui rarus eſt etiam apud grēcos uſus.

Homerus

Cur nominatiuū nō habeat pronomen. Sui

Homerus

ἰδιοπαθής

ἀλλοιοπαθής

Virg.

Terentius

Terent

Terent

. is. pronomen q̄modo p anaſtrophē factum

ut Horatius in.ii.sermonum. O pater & rex Iuppiter: ut pareat rubigine ferrum: ut pro utinam. uti enim & ut idē est. Hortatiua eia age. Et notā dum q̃ uidetur hoc aduerbium ēt plurale habere: ut agite: ut Virgilius i octauo. Ergo agite o iuuenes tātarū in munere laudum. Remissiua sunt superioribus cōtraria. ut pedetentim paulatim sēsim. Qualitatis: ut bene male. Quātitatis: ut nimiū parum. hęc autē pleraq; a nominibus adiectiuis fiunt: ut disertus diserte: celsus celse: maxim⁹ maxime: paulus paulatim. Necnon etiam a participiis siue uerbis: ut cursim strictim minutim. Dubitatiua forsan fortassis & fortasse fors forsit. Virgili. in.xi Fors & uota facit: cumulatq; altaria donis. Idē i primo ęnei. Forsā & hęc olim meminisse iuuabit. Terentius in andria. Forma bona fortasse. Horati⁹ in primo sermonum. Dissimile hoc illi est: quia non ut forsit bonorē lure mihi inuideat: quiuis ita te quoq; amicū. Congregatiua loci sūt & tēporis cōmunia: ut simul una pariter. In eodem loco: & i eodē tēpore. Virgilius. Simul hoc simul ingens. & in.i. Vna eurus notus. Discretiua: seorsū deorsum sec⁹ separatim secreto utrinq; diuise sigillatim bifariā multifariam. Similitudinis: ut quasi ceu uelut ueluti: sic sicuti ut uti. Hęc etiam coniunctionū uim habent causalium quādo ἵνα uel ὅτι significāt grēcas coniunctiones. Virgilius i.xi. Capias ut digna camillę Premia. Cicero i .iii. inuectiuarū. Illud uero animę ita prēsēs est: ut nutu iouis optimi maximi factum esse uideatur. ut cum hodierno die mane per forū meo iussu: & coniurati: & eorū indice in ēdem cōcordię ducerētur: eo ipso tēpore signum statueretur. Ordinatiua sunt deinde ꝛtinuo protinus postea prę terea. Intētiua: ut ualde nimium prorsus penitus omnino. Comparatiua ut magis minus: hoc cū aduersa qualitate cōiunctū: contrarię qualitatis cōparatiuū significat: ut min⁹ stultus pro prudētior. Superlatiua maxime minime ocissime. Et sciēdum q̃ omnia quę ab aliis deriuantur illorum significationē uel qualitatē generalē seu specialem seruant: ut a propriis. Demosthenes demosthenice dicitur. Tullius tulliane: Salustius salustiane. Similiter ab appellatiuis generalibus: a corpe corpaliter: a q̃li q̃liter: ab alio aliter: a gener generalit: a specie spāliter: a latino latine: a grēco grēce: a uiro uiriliter. A muliere muliebriter. Et nota q̃ pleraq; ex noib⁹ fiunt deriuatiuis. a grēcis quoq; nominibus deriuātur aduerbia: ut ὠκύσ ocius ocissime. Habent tamen noia ocior ocissimus. Prēterea quō apud grēcos anomale ἀπότου ἅσ ἅπαξ aduerbium dicit: sic & apud nos inequaliter ab uno semel profertur. A duobus quoq; pro grēco δίσ nos bis dicimus. Cēteri enim numeri a uocib⁹ suis faciunt aduerbia: tres ter: quatuor quater. A quinq; uero usq; ad mille in es productam desinunt aduerbia: ut quinq es sexies septies: sic reliqui ut supra dictū est. A quot uero & tot in ens terminantur: quotiens & totiens. Sunt igitur hęc numeralia. Inueniuntur apud nos prēterea aduerbia dimminutiua: quę

Hora.

Virg

Virg

Virg

Terē.

Hora.

Virg

Virg

Virg

Cicer.

Diminutiua

Tandem

O.

De ordine q̃ aduerbiorū

Demonstratiua

Hortatiua

Quare

Quam ob rē

apud grēcos non sunt: ut clā clāculū: bene belle bellissime. Quomodo autem sunt nomina sinonima & polionima: sic inueniūtur aduerbia: uel in una significatione multas habentia uoces: uel in una uoce multas habentia significationes: ut ubi ποῦ καί ὅπου. Similiter quo quā quādo: & infinita sunt & interrogatiua & relatiua. Quādo autē etiam & pro coniunctione causali inuenitur. Tādē quoq; non solū pro aduerbio tēporali: sed etiam pro cōiunctione repletiua iuenitur: ut Cicero i.i. inuectiua. Quousq; tandem abutere catilina patientia nostra. O quoq; diuersas habet significationes. Est enim aduerbium uocādi: ut Virgilius in primo ęnei. O regna nouam cui condere iuppiter urbē. Est admirādi. ut Iuuenalis in quarto. O qualis facies & quali digna tabella. Est idignandi. ut Cicero in primo inuectiuarum. O tempora o mores. Est optādi: ut Virgilius i .xii. Adsis o tantū & propius tua numina firmes. Est etiam nomen ipsius littere. In aliis quo q; multis aduerbiis inuenis diuersas significationes in una eadēq; uoce. Quomodo etiam ex contrario i diuersis uocibus unā significationem: ut quādo aliquādo olim dudū cito ꝓpere celeriter actum. De ordine quoq; aduerbiorum queritur utrum prēponi aut suppo ni uerbis aptius possint & manifestū est q̃ aptius quidem prēponuntur quomodo adiectiua nomina: ut bonus homo bene agit: fortis imperator fortiter pugnat. Licet tamē tam hęc q̃ illa prēpostere proferre: exceptis monosyllabis quidem omnibus: ut o nō ne dum cum tēporale per sic: qd aduerbiū est quādo affirmationē significat: sicut etiam aduerbium est: uel ~~cum~~ pro ualde ponitur. Demōstratiua quoq; & interrogatiua prēponuntur uerbis: ut en ecce cur quare quāobrē. Similiter hortatiua & similitudinis: & uocādi & optādi: ut eia age quasi ceu uelūti heu o utinā. Terentius. Vtinā quod cū salute illius fiat uelim ita se defatigarit. Virgili. in buco. Sic tua crineas fugiant examina taxos. Idem in octauo: Nō ita me referat tibi magnus iuppiter.

Interp. Gaudi. ad Iuuen. 175

Cicero

Virg

Iuuen.

Cicero

Virg.

Terē

Virg

Virg.

De interiectione.

INteriectionem grēci inter aduerbia ponunt: quoniam hęc quoq; uel adiungitur uerbis: uel uerba ~~il~~ subaudiuntur: ut si dicam pape quid uideo. uel per se pape etiam si non addatur miror: habet in se ipsius uerbi significationē: quę res fecit romanarū artium scriptores separatim hanc partē ab aduerbiis accipere: quia uidetur affectum habere in sese uerbi: & plenam motus animi significationē: etiam si non addatur uerbum demonstrare. Interiectio tamen non solum illa quę dicunt grēci σχετλιασμόν significat: sed etiam uoces quę cuiuscūq; passionis animi pulsu per exclamationē iteriiciuntur. Habēt igitur diuersas significatiōes: gaudii

ut euax:doloris ut hei. Virgilius ĩ primo ęnei. Hei mihi qualis erat quã tum mutatus ab illo Hectore. & O dolor atq; decus magnũ rediture parenti. Virgilius in.xi. Et in bucoli. Ab ſcilice innuda ɔnixa reliquit. Idẽ in eodem. Ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas. Timoris:ut at at:mi homo formidoloſus es. Terentius in eunucho. Admirationis .ut idem in eodem. Pape exuperat ipſam thaydẽ. Inter has ponunt etiã ſonituum illitteratorum imitationes:ut riſus baba hehe:& phi:& heu hoe:& hau. Poſſũt tamẽ eſſe quędã dubia inter aduerbia & coniunctiones:ut o quãdo indignationẽ ſignificat uel doloré:uel admirationẽ: interiectionem hoc accipiunt. Quãdo uero uocandi eſt uel optãdi aduerbium: põt tamen etiam nomen eſſe ipſius litterę:ut ſupra diximus. A quoq; & prępoſitio eſt & iteriectio & nomẽ. Prępoſitio ut a ſũmo ad imũ. Interiectio ut prępmonſtrauimus in bucoli. eſſe poſitum. Nomen ipſius litterę. Pro quoq; tam prępoſitio q̃ interiectio. prępoſitio:ut Virgilius ĩ.xii. Pro latio obteſtor:pro maieſtate tuorũ. & in quinto. Pro ſe quiſq; uiri:& depromunt tela pharetris. Interiectio:ut Lucanus in.iii. Proh ſi remeaſſet ĩ urbem Gallorum tantũ populis arctoq; ſubacta. Optime tamen de accentibus earum docuit Donatus q̃ nõ ſũt certi. Quippe cum & abſcondita uoce:ideſt non plane expreſſa proferãtur:& pro affectus cõmoti qualitate confunduntur in eis accẽtus. Alię tamẽ quoq; partes orationis ſingulę uel plures ſolent interiectiue proferri:ut Virgilius ĩ .i.ęnei. Nauibus infandnm amiſſis unius ob iram. Infãdũ pro iteriectione poſuit. Proprie tamen uoces interiectionum primitiuę ſũt:ut pape euax hei heu hoe hoe:& ſimilia.

Liber decimus ſextus de cõiunctione.

Oniunctio eſt pars orationis indeclinabilis coniunctiua aliarum partium orationis: quibus cõſignificat uim uel ordinationẽ demonſtrans. Vim quando ſimul eſſe res aliquas ſignificat:ut & pius & fortis fuit Aeneas. Ordinẽ quãdo conſequẽtiã aliquarum demonſtrat rerum:ut ſi ambulat mouetur: ſequitur ambulationem motus:non tamen etiam motum omnino ſequit̃ ambulatio. Poſſunt enim aliqui & accũbẽtes moueri:ambulare autem ſine motu non poſſunt. Accidunt igitur coniunctioni: figura & ſpecies: quam alii poteſtatem nominãt:quę eſt in ſignificatione cõiunctionum. Prętera ordo. Figura ſimplex quidem:ut at & ſed. Compoſita uero: ut atq; etenim ſedenim. Hęc enim ex accentu cõpoſita eſſe noſcuntur. Species ſunt ɔiunctionis: copulatiua, continuatiua, ſubcontinuatiua, adiũctiua, cauſalis, effectiua, approbatiua, diſiunctiua, ſubdiſiunctiua, diſertiua, prę ſũptiua, aduerſatiua, abnegatiua, collectiua uel rationalis dubitatiua,

completiua. Copulatiua eſt quę copulat tam uerba q̃ ſeſum:ut & q; ac atq; quidem quoq; quãdo pro q; ponitur:at aſt ſed autem uero quãdo ,p autem accipitur. Hęc enim copulãt cum cõfirmatione intellectũ. Inueniuntur tamen multę tã ex ſupradictis q̃ aliis coniunctionibus diuerſas ſignificationes una eademq; uoce habẽtes:ſicut uſibus oſtẽdemus:ut q; inuenitur etiam cõpletiua. ut Virgilius. Alcãdrũq; aliũq; nemonaq; pritaiimq;. Ac non ſolũ pro & :ſed etiam ,p q̃ accipitur. Virgilius in.iii.ęne. Haud ſecus ac iuſſi faciunt:tectoſq; per herbã. Terẽtius in phor. Nunq̃ ęque inquit ac modo paupertas onus uiſa eſt mihi & miſerũ & graue. Saluſtius in iugurtino. Prętera trãſuerſis itineribus quotidie caſtra mouere iuxta:ac ſi hoſtis adeſſet uallo atq; foſſa munire. Similiter atq; Terentius in phor. Ne ſimili uta mur fortuna atq; uſi ſumus. Cõtinuatiuę ſũt quę continuationẽ & conſequẽtiã rerũ ſignificant:ut ſi cum gręcã ſignificat. Quãdo enim ean cauſalis eſt:ſimiliter ſiue ſin ſeu tã ɔtinuatiuę ſũt q̃ cauſales. Proprie autẽ cõtinuatiuę ſũt:quę ſignificãt ordinẽ prędcẽtis rei ad ſequentem:ut ſi ſtertit dormit:& ſi ęgrotat pallet:& ſi febri uexat calet. Non enim uerſo ordine in his cõſequẽtiam ſentẽtię ſeruat oratio. Non enim qui dormit omnino ſtertit:quomodo qui ſtertit dormit: nec q. calet omnino & febri uexatur. Et hęcquidẽ:ideſt cõtinuatiuę qualis eſt ordinatio & natura rerum cũ dubitatione aliqua eſſentię rerum ſignificant. Subcontinuatiuę uero cauſã cõtinuationis oſtendunt cõſequẽtẽ ſine aliqua dubitatione cum eſſentia rerum:ut quoniam quia:ut quoniã ambulat mouetur:quia ſol ſuper terram eſt dies eſt. Vtrũq; enim ſignificat fieri ordine conſequẽti. Quidã tamẽ & has continuatiuas & ſubcontinuatiuas inter ſpecies cauſalium poſuerũt:quomodo & adiunctiuas:& effectiuas:nec irrationabiliter. Et continuationis enim & ſubcõtinuationis & adiunctionis & effectionis p has cauſa reddi oſtenditur. Continuationis:ut ſi ambulat mouetur. Adiunctionis:ut moueatur ambulat. Effectionis mouetur ambulat enim. Eſt autẽ quãdo ut etiam pro ὅτι gręca ponitur. Terẽtius in phor. Si eſt patruę culpã :ut antipho in ſe admiſerti nõ cauſã dico. Sunt etiam cauſales quaſi proprio nomine quoniam prodeſt tibi lege:& heu:quia nam tanti cinxerunt ęthera nimbi. Virgi. in quinto. Et q̃obrem diſcede. Cauſales igitur quas alii ĩ una ſpecie poſuerunt. Apollonius pater herodiani in quinq̃ Species diuidit quas ſupra oſtendimus:ideſt continuatiuas ſubcontinuatiuas cauſales adiunctiuas effectiuas. Adiunctiuę ſunt quę uerbis ſubiunctiuis adiungũtur: ut ſi cum ubi dum quatenus quãdo ἵνα gręcam ɔiũctionẽ ſignificat. Similiter cum quãdo ἵνα gręca intelligitur:ut ſi uenias faciam :& ut proſit tibi facio. Virgilius in primo ęnei. Multa quoq; & bello paſſus dum cõderet urbem:Inferretq; deos latio. Similiter quatenus id libẽter faciat. Et Virgilius in bucoli. Cum faciam uitulam pro frugib? ipſe uenito. Inuenũt̃

r 3.

tamen ex his quędam ſimul & cauſales:ut exerceo te ut ſis ſan⁹. Eris do-
ctus ſi legas. Et hoc intereſt inter adiunctiuas:& proprie cauſales q; hę
cauſales cum affirmatione:illę cum dubitatione proferūtur. Inueniunt
tamen nomina uel pronomina uel etiā prępoſitiones.uel aduerbia: quę
in loco cauſalium accipiuntur coniunctionū:pronomina ut ideo eo. No-
mina qua cauſa:qua gratia:qua propter:q̃obrē:& quaſobres. Ne quoq;
quādo ἵνα μή ſignificat cōiunctio eſt cauſalis. Virgilius in.ii. ęnei. Ne
recipi portis:aut duci i moenia poſſit. Neu populus antiqua ſub religio-
ne tueri. Et nota aut quoq;& neu hic pro copulatiuis etiam coniunctio-
nibus. Inuenitur etiam ne pro neq;:quę copulatiua eſt cōiunctio. Sub u-
na enim abnegatione copulat res quomodo & nec. Lucanus in.i. Nec ſe
roma ferens. Cicero in.iiii.inuecti. Ne dici quidē op⁹ ē quāta dīminuti-
one ciuium. Hoc autē ideſt nequādo ~~μή ποτε~~ ſignificat aduerbium eſt.
Inuenitur tamen etiam uerbū pro aduerſatiua coniunctione cum aduer-
bio :ut q̃uis pro quāq̃:& pro &ſi:quomodo licet & licebit. Virgilius in
.xi. Dicam equidem licet arma mihi mortēq; minetur:pro quāq̃ mine-
tur. Lucanus in ſeptimo. Omnia maiorū uertamus buſta licebit: Et ſtā
tes tumulos:& qui radice uetuſta Effudere ſuas uictis cōpagibus urnas.
Plus cinerem bemonie ſulcis telluris aratur.& proprie cauſales ſunt: quę
cauſam antecedētem oſtēdunt:cauſatiua :ideſt res ex cauſa antecedente
euenientes ſignificant:ut doctus ſum nam legi. Aeole nāq; tibi diuū pa-
ter atq; hominū rex Et mulcere dedit fluctus & tollere uentos. Virgilius
in primo ęnei.& Hic tibi fabor enim quando hęc te cura remordet. Ap-
probatiuę ſunt quę approbant res:ut Virgilius in.xii. Equidē merui nec
deprecor inquit. Terētius ī phor. Ita cognatā quidē at nos unde. Inueniū
tur & cauſales pro approbatiuis:ut Virgi. in ſecūdo ęnei. Dii ſi qua ē cę-
lo pietas quę talia curat. Idem in primo. Si quid uſq̃ iuſticię eſt. Idē ī q;n-
to. Si cōceſſa peto:ſi dant ea moenia parce. Et ſciēdum q; quādo appro-
batiuę ſunt:indicatiuo mō iūgūtur. Diſiūctiuę ſūt quę q̃uis dictiones cō-
iūgaut:ſēſum tamē diſiūctiuum habēt:& alteram quidem rem eſſe:alte-
ram uero nō eſſe ſignificāt:ut ne uel aut:ut Virgilius ī ſeptimo. Siue er-
rore uię:ſeu tēpeſtatibus acti:& uel dies eſt :uel nox. Iuuenalis in primo.
Aut dic aut accipe calcē. Virgi. ī ſecūdo ęne. Aut aliq;s latet error equo
nec credite teucri: Aut hęc in noſtros fabricata eſt machina muros. Et ē
quādo īdicatiuę dicūtur. eſt quando dubitatiuę:ut Aut lux eſt:aut tene-
brę. Dubitatiuę:ut aut prodeſt:aut nō prodeſt diuitias quęrere. Subdiſiū
ctiuę ſunt quę uoce diſiūctiuarū utrūq; tamē eſſe ſignificāt:uel ſimul :uel
copulatiue uel diſcrete ſimul:ut Terentius ī eunucho. Vel rex ſēper ma-
ximus mibi gratias agebat:pro etiā rex. Idē ī phormione. Vel oculum ex
cludito:eſt ubi uos ulciſcar locus.& Alexander ſiue Paris:pro alexander
qui & paris dicitur. Similiter mars ſiue mauors :gradiuus uel maſpiter

Ideo
Eo.
Qua cauſa
Qua gratia
Quam obrem
Qua propter.
Inuidere emtq
ἵνα vel πάνυ nā ſupra
dicit ſignificare etiaq
Valde
Quanuis. Etſi.
Cauſales
Approbatiuę
Diſiunctiuę
c. ſ. wſi mufa les
Subdiſiunctiuę
Vrg
Lura.
Cicero
Vrg
Lucan
Vrg
Vrg
Vrg
Vrg
Terēti
Vrg
Vrg
Juuen
Vrg
Vel
Terē
Terē

preſul eſt bellorū. Diſcrete utrūq; tamen eſſe ſignificat:ut tota die uel le
git iſte uel cogitat. Significat enim & legere & cogitare:ſed non ſimul u-
trunq; facere:ſed aliis horis legere:aliis cogitare. Similiter remex uel ex-
pellit remū uel attrahit:cū ſimul pene utrunq; fieri intelligo:ſed diſticte
Alius eſt enim motus pellētis:alius trahētis. Similiter ſi dicam uel tuni-
cam mihi accōmoda :uel etiam penulā. Subdiſiunctiuū eſt. uideor enim
in alterius petitione libēter utrūq; accipere. Sed poteſt hic etiā diſiuncti
ua eſſe. Aliud eſt enī alterutrū petere:aliud utrūq;. Ergo ſi dicā uel tuni
cā uel penulā alterutrū oſtēdo:cū ꝯo addā ibi etiā tunicā:oſtēdo uel unā
rem uelle uel duas:quod diſiunctiuū ē. Inuenitur tamen uel cōiūctio etiā
dīminutionē ſignificans:ut Lucanus in.iii. O felix ſi te uel ſic tua roma
uideret. Diſertiuę uel electiuę ſūt quādo diuerſis prępoſitis aliquod nos
ex eis eligere oſtēdimus:ut diues uolo eē q̃ pauper. Terēti⁹ ī ādria. Quę
īboneſte hic uoluit diuitias parare q̃ boneſte ī patria pauper uiuere. Eſt
autem q̃ accuſatiuus quę infiniti nominis & aduerbii ſimilitudinis. Et
Terentius in phor. Quā nūq̃ cōparatū prout & duplicatū: pro cōiūctio-
ne aduerſatiua accipitur:ut Virgilius ī ſexto. Quāq̃ o ſed ſuperent q; b⁹
hic neptune dediſti. Idem in primo ęnei. Quanq̃ animus meminiſſe hor
ret. Aduerſatiuę ſūt quę aduerſū conuenienti ſignāt:ut tamen quāq̃ q̃-
uis &ſi etiāſi ſaltem. Hęc etiā dīminutiuā ſignificationē habet:ut Virgi
lius in quarto ęnei. Saltem ſi qua mibi de te ſuſcepta fuiſſet Ante fugā
ſoboles. Idem in ſecundo. Et magis atq; magis quāq̃ ſecreta parētis An
chiſę domus:arbori buſq; obtecta receſſit Clareſcunt ſonitus. Aduerſū
enim conueniēti ſignificat. at quoq; pro ſaltē & uel & aut inuenitur. Vir
gilius ī ſexto. Si te nulla mouet tantę pietatis imago At ramum hunc a-
perit ramum qui ueſte latebat Agnoſcas:& ſi non uis dicere:uel intelli-
ge: pro ſaltem intellige. Similiter ſi non factis debitum reddis:aut uer-
bis age gratias:pro ſaltem uerbis. Ne quoq; in eadem inuenitur ſignifi-
catione. Saluſtius in catilinario. Quippe ſecūdę res ſapiētium animos fa
tigant:ne illis corruptis moribus uictorię tēperarent. Inuenitur etiam in
hac ſignificatione nec & neq;:ut nec una hora auarus negligit lucrū: neq;
pius iuſticiam:neq; unū aſſē prēſtat illi egēti:nec hic abnegat petenti ali
quod prorſus:quod poteſt & decet. Abnegatiuę ſūt apud grēcos κέν &
ἄν :quę uerbis ꝯiunctę poſſe fieri rē oſtēdunt:ſed propter cauſam aliquā
ne fiat impediri : ut ἐποίησαν ἂν εἰλυνηθεῖεν καὶ γηθήσειεν πρίαμοσ πριάμοι ὅτε παίλεσ. Nos autem ſine coniunctionibus abnega
tiuis:ſubiunctiuis utimur uerbis in huiuſcemodi ſenſibus:ut feciſſē ſi po
tuiſſē. Et gaudeat Priamus ſi audeat. Virgilius in.xi. Tu quoq; nūc ſta
res immanis truncus inermis:~~eſſet ī pętas~~. & idē. Si robur ab annis ſtares
ἐς ἀκασ ἄν. Collectiuę uel rationales:ergo igitur itaq; :quādo ātepenul-
tima acuitur:quin alioquin īmo utiq; atquin. Hęc enim per illationem

r 4.

Lura
Terent.
Terē
Vrg
Vrg
Vrg
Vrg
Saluſti
c. fieſſet pur etas
Electiuę.
c. Inigs
Aduerſatiuę
Diminutiuę.
Ne p ſaltem
Abnegatiuę
Collectiuę.

colligunt ſupradictũ:hoc eſt ratione cõfirmãt:ut Cicero pro ligario.Habes igitur quod eſt accuſatori maxime optãdũ confitẽté reum . Lucanus in.ix.Ergo pari uoto geſſiſti bella iuuẽtus:Inuenitur tamẽ ẽt pro expletiua:ut Terentius in andria.Mihi ne,tibi ergo.Virgilius in.x.Quin occidit una ſarpedon mea progenies. Terẽti⁹ ĩ eunucho. At qui ita opus eſt Cicero pro ligario.Itaq; quo me uertã neſcio.Dicũtur tamẽ hę eędem illatiuę ꝙ prępoſitis aliis inferũtur:ut Catilinã Cicero ſolus ſapientia domuit.Solus igitur Cicero patriã ſeruauit.Dubitatiuę ſunt quę ſignificãt dubitationẽ :ut an ne correpta necne:ut Virgilius ĩ.iii.ęnei.Eloquar an ſileam gemitus lachrymabilis imo.Idẽ ĩ primo ęnei. An phoebi ſoror an nympharũ ſanguinis una.Idẽ in.xi.Iuſticię ne prius mirer belli ne malorum.Frequẽtiſſime tamẽ hę eędẽ interrogatiuę ſunt:ut Virgilius in. iii. ęnei.Hectoris andromachę pyrrhin cõnubia ſeruas. Idem in.x. Tanton me crimine dignũ.Hęc eadẽ inuenitur & pro cõfirmatiua.Horatius ĩ.ii. ſermonũ.Clarus erit fortis iuſtus ſapiens ne etiam & rex.Idẽ in eodẽ. O ſeri ſtudiorũ qui ne putetis difficile.& mirũ rhodio quod phitę leonti cõtigit. Terentius in andria.Nunc ne demum iſtud uerbum in te incidit. Hic enim ne cõiunctio nec interrogatiua nec dubitatiua:ſed confirmatiua eſt . Virgilius in.x. Tanta ne me tenuit uiuẽdi nate uoluptas Vt pro me hoſtili paterer ſuccũbere dextrę.Eſt enim ne ꝙ etiã.Sola hęc apoſtrophã accipit apud latinos.Necne quoq; pro an non accipitur:ut ſit ſẽſus . In morte necne prodeſt recte uiuere.Cõpletiuę ſũt uero autẽ quidem eędem quoq; enim nam nãq; .& fere quęcũq; cõiũctiones ornatus cauſa uel metri nulla ſignificationis neceſſitate ponũtur:hoc noĩe nũcupãtur.Omnes tamen hę ĩter alias ſpecies ĩueniũtur. Aeneas uero & pius & fortis fuit.Completiua eſt quia &ſi tollatur uero ſignificatio ĩtegra manet. Sin autem dicam Aeneas quidem pius fuit: Vlyxes uero aſtutus:hic pro copulatiua accipitur:quia utriuſq; rei ſimul eſſẽ etiam ſignificat cum ſubſtãtia:poteſt tamen & diſtributiua dici:quia diſtribuit diuerſas res diuerſis perſonis.Completiua autem eſſe etiam Saluſtius oſtẽdit ĩ catili. Verũ enim uero,iis demũ uiuere & frui anima uidetur.Hic enim ornatus cauſa uero adiũcta eſt :q̃uis poſſit etiã approbatiua eſſe.Similiter Virgili. in.xii.Equidẽ merui nec deprecor ĩquit:poterat ſẽſus ſtare ſi diximſſet ſine equidẽ:ego merui nec deprecor Sed ſiue metri cauſa ſiue ornatus cauſa addidit equidẽ.Vnde nec intulit autẽ uel uero ſubiunctiuas eius uel tamẽ :quę ipſa quoq; completiua ĩuenitur ſępiſſime:ut Statius ĩ.xi.Me miſeram uinces :prius hęc tamẽ arma neceſſe ẽ Expiare domi.Sciẽdum tamẽ ꝙ quidam equidẽ coniunctionẽ compoſitam eẽ exiſtimant:ab ego & quidẽ:ſed errant.Simplex.n.ẽ:& hoc maxime ex ipſa quoq; cõſtructione orationis poſſumus ĩtelligẽ.Nam equidẽ facio: equidẽ facis:equidẽ facit dicimus.Et poteſt & ad primã:& ad ſecũdã:& ad tertiam trãſferri

Cicero
Lucan.
Tere
Virg
Teri
Cicero
Virg
Virg
Virg
Virg
Virg
Hora
Tere
Virg
Virg
Virg
Virg
Salu
Virg
Stat.

Dubitatiuę

Necne
Autem

Completiuę

Tamẽ

perſonã:quod minime fieret ſi eſſet cõpoſitum ex ego & q dem.Nẽo .n. dicit.Ego quidẽ facis:ego quidẽ facit:ſed ego quidem facio tantũmodo ad primã perſonam.Et hoc uſus auctorũ etiã approbat:qui equidẽ prępoſita ego ſubiungũt:ut Saluſtius in catilinario.Equidem ego ſic exiſtimo patres conſcripti omnes cruciatus.Si eſſet etiam cõpoſita equidẽ ex ego & quidem minime ei ego ſubiũgeretur.Quoq; quãdo pro etiam uel & accipitur copulatiua eſt :ut Virgilius in ſeptimo. Tu quoq; littoribus noſtris ęneia nutrix.Quando autem ſuperuacua ponitur cõpletiua eſt . Virgilius in primo.Multa quoq; & bello paſſus .Niſi ꝙ quidam exiſtimant:ut pro aduerbio ſimilitudinis accipiatur:quõ itẽ enĩ quoq; cum ſit cauſalis τὸ γάρ ſignificat:ut cole pudicitiam.Hęc enim fũdamẽtum eſt omnium animi uirtutum.Inuenitur tamen eadem etiam cõpletiua quãdo ἄν ſignificat gręcam cõiũctionẽ:ut Progeniẽ ſedenim troiano a ſanguine duci Audierat Virgilius in primo.Inuenitur eadẽ etiam ꝙ affirmatiua :ut Terẽtius ĩ andria. Enimuero daue nihil loci eſt ſegnitię:neq; ſecordię:& maxime prępoſitiua hãc habet ſignificationẽ:ut idem ĩ adelphis:Enim non ſinam.Similiter nã quõ enim ẽ quãdo γάρ :eſt quando ἄν gręcam coniũctionẽ completiuã uel affirmatiuã ſignificãt:ut Virgi. in quarto georgi.Nã quis te iuuenum cõfidẽtiſſime noſtras Iuſſit adire domos Τίσ ἄν.hic repletiuę uim habet.Idem in quito.Heu quia nã tanti cinxerũt ętbera nimbi.Idẽ ĩ primo ęnei. Aęole: nãq; tibi diuum pater: atq; hominum rex.hic cauſalis ẽ .Ordo accidere dicitur cõiunctionib⁹ qui cõmunis ẽ pene oĩbus dictionibus.Quędã enim naturaliter pręponũtur:ut prępoſitiones caſualibus:& aduerbia pleraq; uerbis & interrogatiuis uel ĩfinitis relatiua ſubiũgũt:uel redditiua nomina uel aduerbia uel adiectiua nomina prępoſitis appellatiuis:ut ſapiẽs homo & citus equ⁹ Eſt tamẽ quãdo auctoritas prępoſtere his utitur.Similiter igitur cõiũctiones plerę q; tã pręponi q̃ ſupponi poſſũt.Sũt tamẽ quędã quę ſẽper prępoſitę ĩueniũtur:ut at aſt aut ac uel nec neq; ſi quin quatinus ſin ſeu ſiue ni. Alię quę ſemper ſupponũtur :ut q; ne ue :quę etiã encliticę ſunt : quidẽ quoq; autem:quod ſolebãt antiqui ẽt prępoſitę poni & ſupponi poſſũt,ut atq;:quę poeticę prępoſitę ponũtur:aliter nõ:ut Virgilius ĩ.ix.Suſpiciẽs alterã lunã :& ſic uoce precatur.Horatius in primo ſermonũ.Cum me hortaretur parce frugaliter. Atq; uiuere uti contẽtus eo quod mihi ipſe paraſſet.Et equidẽ ſaltem tamen quãq̃ quãdo quatinus nam enim ita quoniam quapropter ergo igitur quia .Et ſciẽdum ꝙ pleręq; cõiũctiones quomodo prępoſitiones diuerſas habẽt ĩ una eadẽq; uoce ſignificationes:quod ĩ multis iam oſtendimus.Hoc quoq; nõ ẽ prętermittẽdũ ꝙ cõiũctões ſibi prępoſitę ĩueniũtur:tã eiuſdẽ poteſtatis cum ſint q̃ alterius:ut Cicero ĩ prognoſticis. Aſt autem tenui quę candent lumine phathnę. Virgilius ĩ tertio . Atq; equidem teucrũ memini ſidona

Salu
Virg
Virg
Virg
Virg
Hora
Teron
Terent.
Virg
Virg
Cicero
Virg

Item
Enim
Nam
Que.ne.ue.
ĩ et

uenire Idem in tertio. Nam neq; erant astrorum ignes: nec lucidus ętbra
Sydera polus.

¶ Liber Prisciani Minoris.

Quoniam in ante expositis libris de partibus oratio
nis in plerisq; Apollonii auctoritatē sumus secuti:
Aliorum quoq; siue nostrorum siue grēcorū nō prę
termittentes necessaria: & si quid ipsi quoq; noui
potuimus addere. Nūc quoq; eiusdem maxime de
ordinatione siue constructione dictionum: quā grę
cio σύνταξιν uocant uestigia sequentes: si quid etiā
ex aliis uel ex nobis congruum inueniatur nō recusemus iterponere. In su
pradictis igitur de singulis uocibus dictionū ut poscebat earum ratio tra
ctauimus. Nunc autem dicemus de ordinatiōe earum: quę solet fieri ad
constructionē orationis perfectę. Quēadmodū necessariam ad auctorū
expositionem omnium diligētissime debēmus inquirere. Q; quēadmo
dum littere aptę coeuntes faciunt syllabas: & syllabę dictiones: sic & di
ctiones orationem. Hoc enim etiam de litteris tradita ratio demonstra
uit: quę bene ab Apollonio dicuntur prima materies uocis humanę in
diuidua. Ea enim nō quocūq; modo iuncturam ostendit fieri litterarum
sed per aptissimam ordinationem: unde & litteras uerisimiliter dicunt
auctores appellari: quasi legiteras: q; legendi iter prębeant ordine con
gruo positę. Necnon etiā a litteris syllabę idem recipiunt cum ex his coe
untes iuncturę pro debito dictionē perficiunt. Igitur manifestū est qd' se
quens est ut etiam dictiones: cū partes sint per cōstructionē perfectę con
structiōis τῶν κατάσυνταξιν λέξεων εὐάρμοσσον συντεθειμένων
διάνοιαν ἔχουσαν αὐτοτελῆ aptam structuram: idest ordinationē
recipiant. Quod enim ex singulis dictionibus paratur sensibile: idest in
telligibile quodāmodo elementum est orationis perfectę. & quō elemen
ta iuncturis syllabas efficiunt suis: sic etiam ordinatio intelligibiliū ima
ginem quādam syllabę perficit adiunctione dictionū. Oratio Est enim oratio
comprehēsio dictionū aptissime ordinatarū: quomodo syllaba compre
hēsio litterarū aptissime diūctarū: quō ex syllabarū diūctōe dictio: sic ex di
ctionū diūctōe pfecta orō ostat. Possum9 aūt ex accidētium quoq; simili
tudine hoc cōtēplari. Bis idē elemētū accipitur: ut reliquias reddo: sed ēt
syllaba leleges tutudi peperi. Similiter & dictio: ut meme adsum: qui fe
ci fuit fuit illa quondam in hac repub. uirtus. Cicero ī quarto inuectiua
rum. Perueuit tamen hoc usq; ad plenas orationes cum semel dicta itera
repetantur uel necessario uel more causa: ut si dicamus. Poeta magnus
fuit Virgilius: Virgilius fuit magnus poeta. Iuuenalis in secundo. Tu ne
duos una sęuissima uipera coena: Tu ne duos abundat littera non eadē:

Cicero

Juue

ut prodest pro pest: & sicubi pro siubi. Abundat etiā syllaba: ut huiusce
modi pro huusmodi: induperator pro īperator. Necnon etiam dictio tā
in cōpositione q̄ in appositione. In appositione: ut Terētius in phor. Ex
aduersum ei loco pro aduersum. & in andria. Abbinc triēnium. pro hinc
& in eunucho. Emori satius est: pro mori. In appositione quoq;: ut Virgi
lius in. x. Sic ore locuta est: abundat enim ore. Idem i. ix. Et lachrymis ita
fatur ab ortis: Tē ne īquit miserāde puer cū lęta ueniret Inuidit fortuna
mihi. Nā cū dixisset fatur: superuacuum est inquit. Nec mirum cum ex
pletiuę coniūctiones quātū ad sēsum plerūq; superuacuę ponunt. Necnō
orationes inuenimus similiter superuacue positas: ut ibāt qua poterant:
& qua non poterant non ibant. Cōtrarię similiter passiones per defectio
nē fiunt litterę uel syllabę dictionis & orationis. litterę ut sciit pro sciuit:
audacter pro audaciter. Syllabę ut cōmorit pro cōmouerit. Horatius ī se
cundo sermonum. At ille qui me cōmorit melius nō tāgere clamo fleuit
deum pro deorū: accestis pro accessistis. Horatius ī. iiii. carminum. Quę
me surpuerat mihi pro surripuerat. Dictionis: ut Vrbs antiqua fuit ty
rii tenuere coloni: deest enim quā. Similiter Hęc secum me ne īcepto de
sistere uictā. deest enim dicebat. In cōpositis quoq; idē fieri solet: ut Incu
buere mari totūq; a sedibus imis Vna eurusq; notusq; ruunt pro eruunt:
deest enim prępositio e ad perfectionē plenę orationis. In his sunt etiā il
la quibus deest in fine uerbum: ut Virgilius in quarto ęnei. O mihi sola
mei super astianactis imago: deest enim est uerbum ad perfectionē ora
tionis. Nec enim apocopā possumus eam dicere: quę fit in plena dictōe:
sed quę in littera uel syllaba sēsu p se carētib9. Oratōis quoq; fit defectio
ut apud Terētium ī eunucho. Ego ne illā: quę illū: quę me. quę non. De
est enim unicuiq; cōstructio plenę orationis. Ego ne illā digner aduentu
meo: quę illū prępositū mihi: quę me spreuit: quę me nō suscepit heri. Et
si semel dicta oratio bis uel ter uel sępius eadem intelligat: ut magna ui
ris gloria ē prudētia & fortitudo & pudicitia & iustitia & tēpātia. ubiq;
. n. subaudit: magna uiris gloria est: quod semel dictū ē. Quō āt litterarū
rationē: uel scripturę inspectōe: uel auriū sēsu iudicam9. Sic ēt ī dictionū
ordine disceptamus rationē cōtextus utrū tecta sit an nō. Nā si incōgrua
sit soloecismum faciet: quasi elemētis oratōis incōcīne coeuntibus: quō
inconcinitas litterarū uel syllabarū uel eis accidētiū in singulis dictōibus
facit barbarismū. Sicut igitur recta ratio scripturę docet litterarū cōgruā
iūcturam: sic etiam rectā orationis cōpositionē ratio ordinationis osten
dit. Dicimus prępositiua elemēta. tā in cōsonātibus q̄ ī uocalibus: sed ēt
in syllabis. Sunt quędā prępositiua elemēta ut in diphthongis a & e & o
prępositiuę sunt: ut ae au eu oe. Iuero & u postponūtur: & aspirātiōes uo
calibus adiūctę in principio syllabarū iueniūtur: ut habeo herinus hircus
homo hora humus humanus. Et u loco cōsonātis posita & q & k semper ī

Teren
Terē
Terē.
Virg
Virg

Hora

Hora

Virg
Virg
Virg
Virg

Terent.

Soloecismus
Barbarismus

initio syllabarum ponuntur. Syllabę quoq; prępōnūtur: ut prę ī pricipio inuenitur semper dictionū: premium preco precor prędium proelium. Postpositę quoq; a gm uel cm uel cbm incipiunt: ut agmē piracmen menęchmus. Finales quoq; quę in ls uel rs uel ms uel ns terminantur: ut puls cohors hyems sapiens. Idem etiam in dictionibus inuenis. Vnde & prępositiones nominantur & prępositiua pronomina: & subiunctiua: uel relatiua: Necnon uerba subiunctiua: quę magis ab ordine nomen acceperunt q̄ a demonstratione: quomodo imperatiua & optatiua. In oratione quoq; hunc modum possumus inuenire quando antecedentia si coniuncta cum sequentibus fuerint uera esse ostenduntur dum anteponuntur cū sequētibus per primā orationis cōiunctionē: ut si aliquis dicat. Si ambulat Dionysius mouetur Dionysius. Si enim cōuertas non est uerum. Non enim si mouetur Dionysius: & ambulat Dionysius necessario. Nam potest & moueri & non ambulare. Elemētū est etiam quādo in duo diuiditur monosyllabico: idest ꝓtēplatione tēporū: ut fieri pro firi. Longa enim uocalis in duas breues diuisa est. Similiter admittier ꝑ admitti: farier pro fari: sed etiam duo i unum coeūt: ut tibicen pro tibiicē unde & solū hoc ex similiter cōpositis penultimam productā habet: etiā binę pro biunę. Syllaba quoq; in duas diuiditur: ut aulę aulai. Virgilius in quarto ęnei. Aulai in medio libabāt pocula bacchi. & siluſa pro silua. Horatius in epodo. Niuesq; deducunt iouem nunc mare nunc siluę. Est enim dimetrū iambicū coniūctū pentbimemeri heroicę. Sed etiam duę sillabę in unū coeunt: ut Virgilius ī tertio Fixerit eripedē ceruā licet aut erimāti Placarit nemora: eripidē pro ęripedē. Tetrasyllabū protulit pro pētasyllabo. Sed etiā dictio diuiditur. ut si dicam respublica felix est: & res felix est publica. Magister militum est fortis: militum fortis magister est. Virgilius in tertio georgi. Septē subiecta trioni: pro septētrioni subiecta: & iā diuisa possūt coniungi: ut malefida argiletum huiusmodi malesana. Orationibus similiter accidētes coniūctiones est quādo cōiūgunt duas uel plures orationes est quādo subtractę dissoluūt. Virgilius in secūdo ęnei. Cōticuere omnes intētiq; ora tenebāt. Idē in eodē. Acamas thoasq; pelidesq; neptolemus primusq; machaon: & contra Alii nauibus ite ferte citi ferrū date tela impellite remos. Idem in quarto Litterę trāsmutātur: ut teucre pro teucer. Sed etiam syllabę: ut displicina ꝑ disciplina. Necnon etiam dictio: ut plebis tribunus pro tribunus plebis. & publica res ꝑ respublica. Oratiōes quoq; : ut nutriuit filios ac peperit: ꝑ pepit & nutriuit. Virgi. ī. ii. ęnei. Moriamur & ī media arma ruamꝰ pro ī media arma ruamus: & moriamur. Pręterea quēadmodum elemētorum alia sunt nocalia: quę per se uocē perficiunt: alia consonantia: quę sine uocalibus perficere uocem nequeunt. Sic etiam in dictionibus animaduertimus quasdā ad similitudinem uocalium per se esse dicēdas: ut

Subiunctiua magis ab ordine nomē accepiunt q̄ a demonstratione

Fieri pro firi

Tibicen

Binę pro biunę

Virg

Hora

Virg

Virg

Virg

Virg

Virg

Teucre pro teucer

Displicina. ꝑ disciplina.

Virg

in uerbis maxime imperatiuis uel noībus uel pronoībus sępe uocatiuis: uel aduerbiis quę adiiciūt antecedentibus actionibus uel orationibus cū clamamus bene recte diserte: ad illos qui oportune aliquid agunt: uel dicunt. Alię uero dictiones sunt quę ad similitudinē consonātium sine adiumento aliarū partium orationis: quę imitantur in hoc uocales ad perfectionem sensus non possunt proferri: ut prępositiones & cōiunctiones. Hę etenim semper consignificant: idest cōiunctę aliis significant: per se autem non. Itaq; uariatur earum significatio ad uim coniūctarū eis: ut in aliud significat cum accusatiuo iungitur. & aliud cū ablatiuo in urbem: & in urbe: ad locū & in loco. Coniūctiones quoq; copulatiuę & diliūctiuę esse dignoscuntur ab aliis partibus orationis: quę eis sotiantur: ut uel aut: nō solū disiūctiuę: sed etiam copulatiuę reperiūtur: ut Terentius in eunucho. Vel rex semper maximas mihi gratias agebat: quicq̄d fecerā aliis non: ~~idest~~ pro & rex. Virgilius in quarto ęnei. Aut ante ora deū pinguis spatiatur ad aras: aut pro &. Quę etiam non solū copulatiua: sed ēt disiunctiua inuenitur: ut Virgilius in. ii. ęnei. Aut pelago danaum īsidias suspectaq; dona Pręcipitare iubet subiectisq; urere flāmis: q; posuit ꝑ uel. Necnon etiā alię pro aliis partibus accipiūtur: neq; id aliter possumus scire: nisi ex adiūctis: ut per: si uerbo apponatur: pro ualde accipitur idest in loco aduerbii: etiam si nomini coniungatur sub eadem intētōis significatione: ut Terētius in eunucho. Perpulchra credo dona haud nr̄is similia. Atq; & ac quoq; si aduerbio aliter uel secūs uel similibus subiungantur: uim aduerbii obtinēt: ut Virgilius in quarto ęnei. Haud secꝰ ac iussi faciunt: pro q̄ iussi. & Horrēdū clamat: pro horrēde: nomē posuit ꝑ aduerbio. Sublime uolat pro sublimiter. Solet quęri causa ordinis elemētorū: quare a ante b & cętera: sic etiam de ordinatōe casuum: & generum & tēporum & ipsarū partium oratōis solet quęri. Restat igitur de supradictis tractare: & primo de ordinatione partium orationis: q̄uis quidā suę solatium imperitię quērētes: aiūt nō oportere de huiuscemodi rebus quęrere suspicātes fortuitas esse ordinationū positiones. Sed quātum ad eorum opinionē euenit generaliter nihil per ordinationē accipi: nec contra ordinationē peccari. Quod existimare penitus stultum est. Si autem in quibusdam cōcedent esse ordinationem necesse est etiam ī omnibus eam concedere. Sicut igitur apta ordinatione perfecta redditur oratio: Sic ordinatione apta traditę sunt a doctissimis artium scriptoribus partes orationis: cum primo loco nomen: secundo uerbum posuerunt: Quippe cum nulla oratio sine his compleatur: quod licet ostendere a constructione: quę continet pene omnes partes orationis: A qua si tollam nomen aut uerbum imperfecta fit oratio. Sin autē cętera subtrabas omnia: nō necesse est orationem deficeī: ut si dicas. Idē homo lapsus heu hodie concidit: en oēs insunt partes orationis absq; coniunctione: quę si

Teren.

Virg

Virg

Virg

Virg

Vel Rex semp. maximas mihi gratias agebat

Suę solatium Impitię quęrentes

addatur aliã orationẽ exigit. Ergo ſi tollas nomẽ aut uerbũ deficit oratio deſiderans uel nomẽ uel uerbũ: ut ſi dicã. Idẽ lapſus heu hodie cõcidit. Si ſubtrahas aduerbium nõ omnino deficit oratio: ut idem homo lapſ⁹ heu concidit. Necnon etiam participium ſi adimas: neq; ſic deficiet oratio: ut idẽ homo heu hodie cõcidit. Nec ſi prepoſitionẽ & iteriectionẽ: ut idẽ homo cecidit: nec ſi etiam pronomẽ: ut homo cõcidit. Non tamẽ dico q̃ non etiam ex pronomine & uerbo perfecta cõſtat oratio: cum dicimus: Ego ambulo: tu ambulas. Tunc enim cõſtat perfectio orationis cum loco nominis ſumatur pronomen: & uim nominis compleat ordinatione. Quando antẽ loco nominis per ſe ponitur: & quãdo nõ: in partibus oſtẽdetur cõſequẽtibus: & que uerba ad nominatiuos coniunguntur ſolos: & que obliquos deſiderant caſus. Ante uerbũ quoq; neceſſario ponitur nomen: quia agere & pati ſubſtãtie proprium eſt: i qua eſt poſitio nominũ ex quibus proprietas uerbi: ideſt actio & paſſio naſcitur. Ineſt igitur intellectu nominatiuus in ipſis uerbis: ſine quo ſubſtãtia ſignificari nõ poterat. In prima quidẽ perſona & ſecũda diffinitus In tertia uero quia inumerabiles ſũt perſone tertie infinitus: niſi excepta fiat actio: ſicut fulminat tonat pluit. Ea enim q̃uis nõ addamus nomẽ diffinita eſſe uidẽtur: cum ad ſolũ pertineãt iouẽ. Optinuit itaq; uſus ut ei⁹: ideſt uerbi nominatione: alie quoq; partes uerba uocẽtur: uel ex cõtrario illarum cõmunem nominationẽ per excellẽtiam hec pars quaſi egregia propriam poſſedit. Nõ irratõabiliter tamẽ illud quẽritur: quare poſt nominis poſitionẽ: nõ eam partem que pro nomine ipſo accipitur ponimus: ideſt pronomen: que uice nominis cum uerbo ɔtinet orationẽ: de quo manifeſta probatio erit hec: q̃ uerborũ quoq; cauſa inuenta ſũt pronoia. Noia enim tertiarum ſũt perſonarum idicatiua: ideſt tertias idicãt perſonas: quippe que noia ſubſtãtiam & qualitatem uel generalem uel propriam ſignificantia. Similiter i omnibus poſſũt itelligi perſonis ieſſe. Omnis enim perſona & generalis & ſpecialis capax eſt ſubſtãtie & qualitatis. Poteſt enim homo eſſe & qui loquitur: & ad quẽ loquitur: & de quo aliquis loquitur. Et Cicero dici qui loquitur: & ad quem loquit̃: & de quo aliq̃s loquit̃. Itaq; q̃ confuſio ifinitam faciebat perſonã cõceſſit ad ſibi aptã: ideſt tertiã. Vnde uerborum quoq; tertie perſone ifinite ſũt. Nã prima & ſecũda & preſẽtes ſũt tãtum: & demõſtratiue ſemper: & figurate aſſumũt nomina: ut Virgilius ego: ſicut & ille ego. Poſſumus tamẽ etiam illud dicere: quoniam eorum ideſt nominũ poſitões cum fiũt neq; i perſona idicatiua ſũt. i. loquẽtis: quod eſt ſuum primę perſonę. Neq; enim ſibi imponũt ifãtes noia: neq; ad ipſos pronũtiãtes noiatões facimus: quod eſt ſecũdę perſonę. Ergo tertie ſũt nomina perſonę. Verba autem i tribus erãt perſonis. Ideoq; excogitabãtur pronoia i perſonas diffinitas diſcreta: ut & nomis poſitiouem & uerbi ordinatõem ideſt ſubſtãtiam: & diffinitas perſonas

Cur omnes pte orationis uerba uocentur.

Verborũ cauſa inuenta ſunt pronomina.

idicarẽt: ut ego ſcribo: tu ſcribis. Et ſubſtãtiam enim ſignificat loco nois positum pronomẽ & perſonam uerbo ſibi adiũcto cõgruam idicat. Itaq; nihil prohibet in tertia dicere. Ariſtarchus legit. Quippe cum due tertie coniunguntur perſone: non ~~tantum~~ ideo tertie pronominum perſone ſuperuacue ſũt: quia poſſumus i tertia perſona uerbi ponere nomina. Quare autem in tertiis perſonis iueniãtur pronoia i partibus oſtẽdetur cõueniẽtibus. Ergo ſi ſupradicta ratio uera eſt: manifeſtũ eſt q̃ iure preponitur uerbum pronomini: quod uerbi quoq; cauſa excogitatum eſt. Sed qd̃ eſt maius: uerba perſonarũ que per nominatiuũ itelligũtur: etiam ſi ſũt indicatiua abſolute accipiuntur. Qui enim pronũciat ambulo uel ſcribo non ad diſcretionem alterius perſone diffinit. Pronoia uero noiatiui prime & ſecunde perſone ad diſcretionẽ alterius perſone excogitata ſũt: ut ſi dicam: ego ſcribo tu legis: uel ego & tu ſcribim⁹: ille legit: tu & ille ſcribitis: ego lego. Et ſi dicam: ego & tu legimus: nihil addẽs ad ceteras omnes perſonas diſcernitur. Niſi enim diſcernere aliam perſonam uelimus non eſt opus nominatiui caſus pronomina addere uerbo. Obliqui enim caſus pronominũ apud latinos abſoluti ſũt omnes. Nam greci compoſitum ἐμαυτοῦ abſolute dicunt: αὐτοῦ ἐμοῦ uero diſcretiue. Similiter alios caſus obliquos. Abſoluti autẽ dicũtur quibus licet & ſine diſcretõe aliarum uti perſonarum & cum diſcretõe. Sine diſcretõe: ut da mihi panem: & hoc nullam diſcretionẽ habet alius perſone. Sin autem dicam: da mihi panem: illi autem uinum: diſcretionem feci: in quo nominatiu⁹ maxime ualet cum additur uerbo: ut ego facio hoc: tu facis illud: cum enim per ſe facio primam perſonam oſtẽdat: & habeat in ſe uim nominatiui abſolutam: tamẽ additio pronominis diſcretionem aliquam deſiderat alterius perſone: ut ego lego: tu ſcribis. Terẽtius i andria. Vos iſtec intro auferte. Soſia ades dũ. Idem i adelphis. Ego ibo intro: ut que opus ſũt paretur: tu fac ut dixi. Tamen etiam adiũctionem alterius recipit: ut oſtendimus perſone: ut ego & tu facimus. Participium etiam poſt uerbum ponitur oportune: ex quo & naſcitur: ſicut de uerbo tractãtes oſtẽdimus. q̃ neceſſario trãſlationes uerborum fiebãt etiam caſuales figuras cum generibus: que eis accidunt: cum uerba nõ poſſent cõſequẽtiam ſui preſẽtare: ut etiam per obliquos caſus adiũgi poſſint: & ſine cõiunctione cõſociari: ut me legẽte proficio: & legẽs proficio: pro lego & proficio. Manifeſtum eſt autem q̃ ipſius quoq; poſitio nominatõis: qua participium nominatum eſt: non bene ſeruaretur: niſi poſt nomẽ & uerbum poneretur participium: cum ex eis utriſq; per cõformationem pẽdens ea pars accipiebatur. Quomodo poſt maſculinum & poſt foemininum eorum abnegatiuum neutrum. Niſi enim prepositarum partium patiamur priorẽ poſitionem: reliquum eſt ut nec participium uocare poſſimus: neq; etiã neutrum: quoniam duorum prepoſitorum generum ſit abnegatiuum.

1. tamẽ.

autẽ

Terent.

Terent.

Participium quoq; necesse est ex quibusdam prępositis partē capiēs cōstare:sed neq; aliam recte interponimus partem:idest pronomen uel aduerbium uel coniunctionē :uel aliam aliquā cū nullā ex earū proprietate partem capiat participium. Post participium grēci articulum ponunt: quem nos sicut in pronomine ostendimus nō habemus. Nam idē quod significat ὁ αὐτός & qui ὅστις q̄uis uideantur quātū ad interpretationes:& prępositiuos & subiunctiuos habere articulos: tamē sicut latiꝰ docuimus:cum de pronomine tractabamus:nō sunt articuli.hic uero & hęc & hoc indubitanter pronomina sunt:quę nisi in declinatione nominum a grammaticis loco articulorum non recipiūtur: nec mirum cum apud grēcos quoq; inueniātur loco pronominum positi: ut apud Homerum. Homerus

Τοῦ καὶ ἀποσόμαστον γλυκείων μέλιστον ῥέεν αὐδή. Q̄ aūt post participium pronomen sequi debet :non est questio cum pene post nomen debeat poni:nisi propter supradictas causas. Apparet autem etiā ꝑ prępositio non primam habens positionē neq; antiquiorem aliis dictionibus post supradictas bene ponitur. Vnde neq; nominationē a ꝓpria aliqua significatione accepit. Sed quia supradictis prępositur partibus quę si non ante sint:neq; ea constare posset :quod etiam de participio diximus. Ex quibus etiam ordinationem accepit:scilicet cū modo per appositionē:modo per cōpositionē prępositur antedictis partibus. Ergo natura quidem posterior est:cōstructione uero principalis. Aduerbium quoq; quod uerbi est uel adiectiuum :positio idest nominatio quoq; eius ostendit. Quomodo igitur in secundo loco uerbum post nomen est:sic etiam aduerbium ī secūdo loco post prępositionē bene ponitur:quę ꝑ appositionem dictionis uim sibi defendēs prępositur noūbus:uel aliis casualibus. Composita enim uim dictōis non habet concidēs ī eam partem cui adiungitur. Post supradicta uero omnia cōiunctio iure accipitur: cū nullū posset per se significare sēsum absq; suprapositarum dictionū materia:quomodo corporū quoq; uincula iutilia sunt:si nō sint corpora:quę ab eis uitiātur. Possumus autem & amplioribus rationibus de ordinatione partium demōstrare:sed quia nō de ea prępositum nobis est:sufficiat hucusq; dicere. Illud etiam primum quęrēdum est anteq̄ de cōstructione singularum oratōis partium tractemus. Quare interrogatiua.dictionum in duas partes oratōis solas cōcesserūt:idest ī nomē & aduerbium Et ~~quia~~ nō in unum nomē :& unū aduerbiū :sed ī ampliora:ut quis qualis.uter.quātus.quot.quotus.quotēnis.cui9.cuias.qualiter.qua.quo.ubi quādo .unde.quādo. Hęc etiam est approbatio principales duas partes orationis esse nomē & uerbum:quę quādo ī notitia nō sūt habēt de se interrogationem frequēter accipiēdam. Inueniūtur autē ī plurib9 sicut ostēdimus & nominibus & aduerbiis propter rationem huiuscemodi : quod in his solis dubitatio potest fieri substātię uel qualitatis uel quantitatis.

Prępositio

Aduerbium est ui verbi adiectiuum

Coniunctio

r. gre

r. s. nomine & aduerbio

Nam substantiam alicuius suppositi quęrentes dicimus:quis mouetur: quis ambulat:quis loquitur:cum manifestꝰ sit actus:idest motus uel ambulatio:uel loquela.persona uero agens incerta:ideo subiectiones nciatiuę sunt appellatiuorum uel propriorum propriis nominibus manifestantibus etiā generalem substantiam. Respondemus enim : uel homo ambulat :uel equus:uel trypho:in quo etiam homo intelligitur: uel etiā pars subiicitur:quę pro nomine accipitur proprio:idest pronomen: quoniam dicimus ego. Et quia īcerta erant accidētia prępositis nominibus. Ipsum enim per se quis interrogatiuum nomē substātiam solā quęrebat: cui accidebat quale & quātū. Excogitabatur etiam de his interrogatio: cum qualitatem quęrētes dicimus qualis. Quātitatē uero quantus. Numerum uero quot & quotus & quotēnis. Et per deriuationem quę apud grēcos non est. Possessiuum cuius cuia cuium. Gentile quęrētes: cuius cuias. Nominatiuum etiam cuiatis communi genere proferebant antiqui Plautus in penulo. Q̄ sit cuiatis unde sit ne perseris:quid ē cuiates estis aut quo exoppido. Idem ī menechmis. Rogitāt cuiatis sit. ergo si prenoscitur quid sit:idest si de substātia sciamus:& qualitatem quęrimus : tūc supradictis utēdū est:utputa:quis legit. Trypho. Qualis sapiens:doctꝰ uel utinam grāmaticus an orator:& in omnibus quęrēdis : quę possunt accidere per adiectiuam significationem eis :quę ad interrogationē quis referuntur. Est ~~tātum &~~ cum substātia:& qualitate in ore posita:& ꝑ aliis coaccidētibus additur īterrogatio pertinēs ad proprietatē nominis: ut si dicam. Quis est ille romanus formosus & magnus. Possū enim uidēs aliquē scire eius & substātiā & gētem:& qualitatem & quātitatem. Propriētatem uero solam quęrere. Quod ostendit Virgilius in sexto. Atq; hic ęneas una nanq; ire uidebat Egregium forma iuuenē & fulgentibus armis :Sed frons lęta parum :& deiecto lumine uultu:Quis pater ille uiꝯ q̄ sic comitatur euntem. Et substātiam enim & qualitatem uidēs & quātitatem :tamen proprietatem quęrens q̄s dixit. Aduerbia quoq; referūtur ad ignotos uerbi affectus :uel per qualitates:ut cum dicimus qualiter legit:reddētesq; ei aduerbium:quod adiectiui uice fungitur uerbo:respōdemus bene.rhetorice sapienter. Sin antē nō qualitatem quęrimus : sed tempus:in quo actum est aliquid:dicimus quādo :eiq; iterum redditur beri nuper pridem. Vel locum in quo aliquid geritur:ubi quo qua unde. Sed ubi in loco:quo ad locum:qua per locum:unde de loco significat. Videmur tamē etiam substātiam ipsius actus quęrentes dicere quid agit: cui respondetur nil:uel currit:uel loquitur. Quomodo & quātitatem quęrentes dicimus quātum currit multū uel parum. Causā quoq; quęrentes interrogatiuis utimur cur quare. Numerum etiam :ut quotiens : ad qd ex omnibus numeris aduerbia reddi possūt:ut ter quater:& reliqua. Prętereā totiens & multotiens :& sępe sępius sępissime : quę sunt infinita.

Plaut

Plaut

r. tamē etiam

r. ꝑpriū nomē

Quamobrem igitur prepositiue partes:idest interrogatiue uel nominatiue fiunt uel aduerbiales ostendimus:quarum de constructione ī sequē tibus demonstrabitur. Ergo quia reliquę partes orationis ad nominis & uerbi cōstructionē referūtur:ex quibus etiam nominationem habuerunt oportet de singulis tractare :idest de eo quod in loco nominis sumitur : uel assumitur:ut pronomen loco nominis:ut ego feci. Assumitur nomini:ut Virgilius scripsit bucolica:ipse scripsit georgica. Et de eo quod assumitur:ut aduerbium uerbo:& coniūctio uerbo & nomini . Et preterea de participio:quod loco uerborum sumitur:& cum uerbis assumit . Sed quoniam Apollonius de cōstructione :idest περί συντάξεως scribens ab articulis:qui nominibus adherent coepit. Nos quoq; ab eis quę loco articulorum sumi possunt apud nos incipiamus. Articulus secundam notitiam suppositorum demonstrat. Si enim dicam ἄνθρωπος ἦλθεν primam notitiam ostēdo. Sin ὁ ἄνθρωπος ἦλθεν secundam. Deficit aūt prepositiuus articulus lingua latina . Nam pronomen quod grammatici in declinatōe nominum loco prepositiui ut dictū ē ponūt articuli:nūq; in oratione sensum articuli habet:unū solum pronomē compositum iuenitur apud nos idem quod secundam notitiam eiusdē personę significat cuius interpretatio apud greços cum prepositiuo articulo relatiuum pronomen habet ὁ αὐτός . Et apud illos quidem duę partes orationis sunt ὁ αὐτός ὁ :quod est articulus prepositiuus:& αὐτός : quod est pronomen relatiuum. Apud nos uero una pars est composita .abis & demum per apocopen. Quomodo exin pro exinde:& dein pro deinde. Qui uero:quod interpretatur ὅστις:quod est subiunctiuus articulus cum nomine infinito apud illos. Apud nos uero una pars est & simplex:quę relatiua est τίς . Quis infiniti uel iterrogatiui potest subiunctiui loco articuli accipi:quomodo & greci τὸ ὅστις frequentissime ponunt loco ὅς articuli subiūctiui.nisi in diuidendis. In illis enim nec nos qui nec illi ὅστις referre . Sed illi articulis subiūctiuis utuntur:nos uero pronominibus :uel nominibus utimur:ut τῶν ἀνθρώπων οἱ μέν εἰσιν ἀγαθοί. οἱ δέ κακοί . Nos dicimus hominum hi sunt boni :illi mali. uel alii sūt boni alii mali. τοῖν δυοῖν οἱ ἄν τοι νόμεν τελαμονος ὀλέος υἱός ἐγένετο duorum ancum:alter Telamonis:alter Oylei filius fuit: uel hic Telamonis:ille Olei filius fuit. Et sciendum q̄ in huiuscemodi constructione diuiduorum si per presumptionem:idest πρόληψιν prę ponitur plurale uerbum ad utrunq; sequens,licet nominatiuum anteferre:ut Aquilę deuolauerūt hęc ab oriente:illa ab occidente. Sin ad ea quę diuiduntur singulariter uerba consequātur genitiuum oportebit prępo ni pluralem diuidendo:ut aquilarum altera deuolauit ab oriente:altera ab occidente. Nec mirum hoc fieri cum uerbum siue prepositum:siue cō sequens iure exigat sibi nominatiuum .Itaq; si & quod diuiditur & illa ī

Apollonius περὶ συντάξεως

De Articulo

ὁς

immo prepositiuis

que diuiditur:uolumus per obliquos casus proferre :necesse ē participio uti:quod loco uerbi accipitur obliquis adiungēdum:& trāsitionē facere: ut aquilarum uolātium: alterius ab oriente:alterius ab occidēte: similis est celeritas. Vel per datiuum. Aquilis uolātibus huic oriens:illi relinq tur occidens. Et per accusatiuum. Aquilas uolantes hanc misit oriens:illam occidens. Auctoritas tantum ueterū est quādo pro genitiuo plurali nominatiuum prepōnit:q̄uis ad sequētes res :idest diuisas singulariter uerba reddūtur:ut Homerus νεφέλας ἀλαλόμενον ἴδεν. Cum ars exigeret genitiuum dicere:idest νεφέλων ἀλόμεν:pro eo nominatiuo ē usus & ἀμφω λέξομένω γεραιτέρω ἐξεύνω λυστεύω. Similiter si q̄s dicat. Duo fratres alter maior alter minor est uitium facit . Debet enim dicere. Duorum fratrum alter maior est:alter minor. & duorum oculorū alter dexter:alter sinister est. Liuius in.xli. Periti religionum:iurisq; publici:quando duo ordinarii consules eius anni alter morbo:alter ferro periissent.suffectum consulem negabant recte comicia habere posse. Sed ī terest etiam hoc inter ὅς. Articulum subiūctiuum & qui:quoniam apud illos ὅσ etiam loco pronominis accipitur demonstratiui οὗτος:quod significat apud nos hic. ὁρίζω λεσ quoq; hoc idest τὸ ὅσ nominant μόριον:idest infinitam particulam quando pro ὅστις accipitur:quod proprie est apud nos qui:ut qui interficiat tyrānum:premium accipiat . Et necesse est eandem hanc esse partem orationis:quam q̄uis etiam cū obliqui in omnibus similes sunt eorum casus absq; accētibus. Et q̄ui quidem pro q̄uis infinito uel interrogatiuo accipitur:q̄uis uero pro relatiuo nūq; Quomodo ergo qualis & quātus :siue interrogatiua sint:siue infinita:siue relatiua:q̄uis mutēt accētus:non sūt diuersę partes :sic neq; supradicta. Sed latius de eorum potestate cum de pronomine scribebamus tractauimus. hoc idem:idest q̄ui quotiēs subiungitur nomini:quomō apud greços necesse est nō solum ad nomen prepositum:sed etiam ad id subiūctiuum alterum uerbum proferri:ut Virum cano qui uenit. Sin nominatiuo nominatiuus adiungitur:ad eādem personā uerba referūtur:ut homo uenit qui scripsit . Sin duo obliqui sunt ad aliam personam transitio fit uerborum:uel in se reciprocantur :ut hominem quē uituperо accuso : & memet quem uituperо accuso. Sin autem alterum sit nominatiui : alterum uero obliqui ad nomiuatiuum :non fit trāsitio uerbi ab alia persona ad aliam . Ad obliquū uero fit :ut homo uenit quem accuso:uel hominis qui uenit misereor. Omnia ~~tantum~~ quę in trāsitione fiunt:possūt etiam in reciprocatioue fieri. Quomodo q̄ui:& eius obliqui omnes ad nominatiuos omnium casualium bene referuntur :ut Virgilius qui scripsit Virgilius cuius scripta extant : Virgilius cui gloria cōtingit : Virgilius quem laudant: Virgilius quo docēte bene proficitur. Sic ex cōtrario nominatiuo eius omnes aliorum casus bene adiunguntur : ut Qui scripsit

Homerus

Homeri locus

Linius

ὅς ἀντὶ τοῦ οὗτος ponitur.

hunc

bucolica Virgilius poeta magnus fuit. Qui scripsit eneida Virgilii sunt georgica. Qui scripsit eneida: Virgilio gloria contingit. Qui scripsit eneida Virgilium laudo. Qui scripsit eneida Virgilii uiuus memoria. Qui scripsit eneida: Virgilio florent studia. Licet autem & prepostere hec dicere. Sciendum tamē q̃ per eclipsim aliorum casualium: hec sepe inueniuntur relatiua: ut Terentius in andria. Ita tum discedo ab illo: ut qui se filiam neget daturum. deest enim ab eo qui neget: & uenit: cuius causa ē deest iste: & exigit cui debeo: & minatur quem timeo: & floret quo ualeo. In omnibus enim subaudiendus est nominatiuus. Nam uocatiuum relatiua non habent. Qualis quoq; & quātus & quot relatiua per defectionem talis & tantus & tot frequenter inueniuntur: nec mirū relatiuis positis: quę secundam cognitionem significant etiam ātecedētia: uel reddi tiua posse intelligi: licet non sint dicta: ut Qualis Homerus fuit Virgilius: ut in secundo enei. Millia quot magnis nunq̃ uenere micenis. Horatius in epodo. Senem quidem omnes rideant adulterum nardo perūctū quale nunq̃ perfectius meę laborauerunt manus: pro tali quali nūq̃ perfectius. Et nota figuram q̃ pro nominatiuo uel accusatiuo uel ablatiuo solum posuit nominatiuum. Quomodo & Terentius ut supra dictum est in andria. Ita tum discedo: ut qui se filiam neget daturum. Horatius in primo sermonum. Occurrunt animę quales neq; cādidiores Terra tulit: pro tales animę quales candidiores neq; terra tulit. Relatiua autē nisi sint posita: intelligi minime possunt nisi in demōstratione. tunc enim & sine relatiuis possumus redditiua proferre: ut si ostendētes Virgiliū dicamus: talis fuit Homerus, uel Thesea demōstrantes aiamus: tantus fuit Hercules. Huic nomini: idest q̃is: quod est interrogatiuum uel infinitum redditur qui relatiuum: ut Quis scripsit bucolica: qui etiam georgica. Hoc tantum idest q̃is interrogatiuum proprio nomini quoq; ad iūgit cū uerbis substātiuis uel uocatiuis similē ui habētib9. & pnomen ēt reddit huic. Quis est trypho, uel q̃s noīat Trypho, ego uel tu uel ille: uel econtrario cum pronomine adiunctum: q̃s nomen desiderat sibi reddi. Quis est ille: uel quis uocatur Achilles. & manifestum est ex hoc quoq; q̃ quando nomini adiungitur substātiam diffinitam in aliqua certa persona querimus suppositi. Hāc enim solam ostendūt pronomina: quorū demonstratio sibi quoq; accidentia cōsignificāt. Vnde ad omne suppositum pertinent. Quando uero pronominibus iūgitur q̃is, substātiā q̃dem intelligimus non etiam proprietatem qualitatis: quę nomie explanatur. Et est manifestum q̃ loco propriorum nominū pronomina accipiuntur: cum ex eorum interrogatione propria intelliguntur. Cum enim dico quis es tu uel ille sine dubio de quibusdam finitis hoc dico substantiis: in quibus etiam proprietates desidero scire. & cum a propriis quoq; pronominatiuę redditiones fiunt: ut quis est Trypho. ego uel ille. Cum

Terent

Virg

Hora

Terent

Hora

tamē

Quis uocatur · nō legi apud latinos apud grecos sepissime ·

autem per se q̃is ponitur interrogatiuum: potest uerbo cuicunq; adiungi: ut quis ambulat: quis loquitur: quis legit. Et si pronomē redditur: nō eget altera īterrogatione. Sin uero nomen potius eget altera interrogatione propter multorum similitudinem nominum: ut quis currit. Aiax. quis Aiax Thelamonius uel locrius. Qui uero dicit, Qualis homo uicit, de hominis qualitate adiectiua dubitat: cum substantiam atq; actum cognouerit. Qui autem dicit: quis homo uicit: generalem quidem scit substantiam & qualitatem personę. specialem autem desiderat: quę propio redditur nomini: ut quis homo uicit Pompeium, Cesar. Cum uero dico quid est animal rationale mortale. speciem mihi uolo manifestari: idest hominem: quę q̃is uideatur esse communis hominum omnium: tamē est etiam propria ipsius speciei incorporalis. Qui uero interrogat qualiter homo uicit: de homine non dubitat: sed de modo actus & nomini quidem tam substātiua q̃ uocatiua adiungūtur uerba. Pronomini uero tantum substātiua: quia ī his quę nominātur inest substātiuum: ut Trypho sū: uel trypho uocor: Nō tātū substātiuis quę sūt pnoia inest propria positio nominum: idest uerba uocatiua. Nemo enim dicit: Ego nominor: uel tu uocaris: uel ille nuncupatur. Ad pronomē referēs uerba: quomodo Trypho nominor: uel Cicero uocaris. Virgilius nūcupatur bene dicim9 Nec mirum diuersę potestatis uerba diuersis conuenire constructionib9 cum uoluntaria: idest affectiua quoq; uidemus solere infinitis adiungi: ut uolo legere: cupio scire: studeo discere. Queritur hic q̃obrem cum nominatiuę īterrogatōes p nomina soleant fieri. non etiam uerbales fiant per uerba. Ad quod dicedū q̃ nominum quidē & substātię & qualitates & quātitates & numeri: & omnia substātiis accidētia in his ipsis sunt speciebus nominum: substātię: ut aliq̃s homo. qualitates: ut bonus prudēs. quantitates: ut maximus paruus. Numeri: ut multus: paucus. Itaq; sunt nomina generalem significātia: uel substātiā uel qualitatem: uel quātitatem: uel numerum: quę necessario & īfinita sūt. Quippe cum omnia suarum generaliter specierum cōprehēdant ī sese nomina. Vnde quidā ea & pronomina esse existimauerūt: quia generaliter pro omnibus aliis accipiuntur nominibus: quomodo & pronomina. Sed pronomina & finita uolunt esse & loco propriorum accipiūtur & substātiam solā sine qualitate significāt quātum ī ipsa est uoce eorum: cum supradicta generalia nomina penitus sint infinita cōfusione omnium specierum sub se positarum. Itaq; eis utimur ad speciales interrogatōes substātię uel qualitatis: uel quantitatis: uel numeri. Substātię: ut quis. qualitatis: ut qualis. quātitatis: ut quātus: numeri: ut quot. Verba uero generalem substātiam uel qualitatem: uel quātitem: uel numerū per se significare nō possūt. Ideoq; quēadmodū officio adiectiui fungūtur aduerbia ad significādum uerborum qualitatē: uel quātitatem: uel numerum: uel tempus: uel locum: Sic

tamen

sed pdner lga

Q.

R.

etiam ad generales eorum interrogationes eadē accesserunt. Quomō igitur nominum substātiam quęrentes quis dicimus: sic etiam uerbi actū: uel passionē quęrentes: quid agit: uel quid patitur dicimus. Cum enim deficiunt aduerbia loco eorum subeunt nomina: ut Terētius in eunucho Quid agitur. statur. Qualitatem uero cum quęrimus: qualiter dicimus: uel quomodo: uel ut Horatius in secūdo sermonum. Vt nascideni iuuit te coena beati. Quātitatem uero quantum. Numerum quotiens. Et notandum est ꝙ non solum aduerbia: sed etiam nomina loco aduerbiorū: ut dictum est posita frequētissime inuenimus cum uerbis. Et quomodo supradicta generalia nomina sunt infinita uel interrogatiua uel relatiua uel redditiua. Sic aduerbia quoq; inueniūtur ut nomē infinitum quis & aliquis: sic & aduerbia aliquo: & aliunde: & alicubi & aliqua Nomen interrogatiuum & relatiuum qualis πόῖοσ καί ὅῖοσ & quot πόσοι: καί ὅσοι. Similiter aduerbium est interrogatiuū & relatiuum qualiter. ποίωσ καί ὁποίωσ uel πῶσ καί ὅπωσ: & quotiens ποσάκῖσ καί ὁσάκῖσ. Nomen redditiuum talis & tot: aduerbiū taliter & totiens. Et quēadmodum interrogatiua nomina generalem legem accētuū seruant: relatiua uero ī fine acuūtur. Sed ī contextu orationis prępositа: ipsū quoq; acutum in grauē conuertunt: ut quis uel qui: cuius cui: qualis quātus: sic aduerbia qualiter quotiens. Lucanus in primo. Qualiter expressum uētis per nubila fulmen. Idem in eodē. Cursumq; furoris Teutonici quotiens romam fortuna lacessit Hac iter est bellis. Hoc idem localia & tēporalia seruant aduerbia: quę omnes generaliter species localium uel tēporalium: tam aduerbiorū q̄ nominū sibi subiūgunt. Quę uero tam interrogatiua sunt q̄ relatiua quattuor differētias habētia: ad locū: ut quo: in loco ubi: de loco unde. per locum qua. Hęc enim quoq; relatiua quidem grauantur per omnes syllabas quādo prępōnūtur aliis dictionibus: quō & supradicta nomina: de quibus in libro qui est de accētibus latius tractauimus. Nec mirum tamē aduerbia īterrogatōe uerborū poni: quę ī loco adiectiuorū eis sunt. Quomodo enim dico: bonus homo: celer equus: sapiens uir. Sic dico: bene uiuit: celeriter currit: sapiēter disputat: cū & p nomina quę loco nominū sūt ad interrogationes nominatiuas soleant in loco nominū reddi: ut Quis dixit Virgilius uel Homerus: uel ego uel tu uel ille. Et sciendū ꝙ omnibus pene dictionibus possumus interrogatiue uti: sed eisdem sufficiēter respōdetur nomine uel aduerbio negatiuo: uel confirmatiuo: ut si interrogem. Homo ē ille? & respondetur homo est: uel legit ne uel nō uel etiam: doces uel doceris: & doceo doceor: uel nō: uel ēt aduerbium confirmatiuum. Supradictis uero nominibus uel aduerbiis: quę generaliter omnes in se species cōprehēdunt: omnibus sibi specieb9 subiectis bene respondetur: ut si dicam: quis est ille: potest ad hoc omnis substantię species responderi: supposita interrogationi: ut homo equus

Qualiter. quotiens.

Vel nō vel etiam

coruus piscis. Similiter si dicam qualis omnes species qualitatis huiusce modi interrogatōi bene redduntur: ut bonus malus albus niger: & similia. Similiter q̄tus īterrogātibus oēs species quātitatis aptissime subiūguntur: ut longus breuis magn9 paruus: & similia. Numeri quoq; omnes si interrogatiue proferantur: quot congrue referuntur: ut quot homines? tres decem mille & similia. Similiter possessiuum infinitum: cuius cuia cuium: ad omnes species possessiuorum pertinet: ut si dicam: cuia est filia hęc. respondeas recte mea uel tua: uel illius: uel priameia uel euādria. Necnon etiam infinito cuias gentili: oportune respondemus nominibus cunctis gentilibus: ut cuias est iste. Si quis interroget perite: respondet nostras uestras: uel grēcus romanus syrius & similia. Sic etiam aduerbiorum supradictorum ad omnes species sibi subiectas intendere possum9 interrogationem: ut qualiter interroganti respondeo bene uel male: uel cito uel tarde & similia. Quotiens uero interroganti: semel uel bis uel cēties: & similia subiicio. Sic etiam localia si interrogem quo. respondeas huc uel illuc: Romam uel militiam: domum uel in Italiā. Si uero ubi: hic uel illic: domi uel militię: Romę uel in Italia. Nō solum enim aduerbia huiuscemodi localibus interrogationibus: sed etiam omnia nomina locos significātia licet subiicere. Ad locos quidem prēcedente quo. In locis uero ubi. De locis uero unde. Per loca qua. Eodē modo tēporalia īuenis: infinitum aliquādo. Interrogatiuum & infinitum & relatiuum est quando ad quod omnia non solū aduerbia: sed nomina tēporalia bene respōdemus: ut quando? heri hodie cras aute decē dies: & similia. Appellatiua quoq; nomini infinito: quod est quis: solent subiūgi: sed magis generalia aut specialia: ut quis īuenit litteras homo. Quis utilis est aratro? bos Quis natat in mari? piscis. Sed uidetur hic quoq; res indiuidua esse: cum de ipso generaliter animali est interrogatio. Similiter si dicam: multis prēsentibus: quis est de nobis grāmaticus? quis orator? quis medicus? & respondeatur: ego quidem sum grammaticus: tu orator: ille medicus: loco propriorum hi accipiuntur nominum: cum de propria uniuscuiusq; p sona quam ipsa habet grāmatica uel rhetorica uel medicina respondetur In diffinitionibus quoq; solet ad interrogationes omniū rerum quę diffiniri possunt neutrum substantiuum prēponi: & multa appellatiua differentiam nomina ad id referri: ut quid est animal substātia animata sēsibilis: & per cōuersionē. Quid est substantia animata sēsibilis? animal. Quid ē homo? animal rationale mortale. Et p conuersionē. Quid ē aīal rationale mortale? homo. Idē licet facere p oēs diffinitiones: q̄uis quantum ad generales & speciales formas rerum quę in mēte diuina ītelligibiliter constiterunt anteq̄ in corpora prodirēt. hęc quoq; propria possūt esse: ex quibus genera & species idest naturę rerū demonstrantur. Est prēterea notandum ꝙ tam nomina infinita q̄ aduerbia singularē habēt

pronuntiationem colligẽtem uniuersalitatem numerorum: de quib⁹ loquimur, geminãtur apud latinos: uel assumũt cunq; ut quisq; s uel q cũq; qualisqualis & qualiscũq; quãtusquãtus quantuscũq;. Terẽtius in adelphis. Tu quãtusquantus es nihil nisi sapientia es: pro quãtuscũq;. Quotquot & quotcũq;. Horatius in. ii. sermonũ. Viuere uertũnis quotquot sũt natus iniquis. Vtut & utcũq;. Terẽtius ĩ phormione. Vtut hęc sũt. Vbiubi & ubicũq;. Vndeunde & undecũq;. Quaqua & quacũq; Inter aliquis & ullus: & alicubi & usquam & aliquando & unquam hoc interest: q; aliquis: & alicubi: & aliquando absolute proferuntur: ut aliquis uenit ad me. Similiter & alicubi fuimus: idest in aliquo loco. Et aliquando cõtigit: idest in aliquo tempore. Sin autẽ dicam ullus pendãt ex infinito omnium numero: necesse est enim ullus omniũ intelligere: & cunctos posse numeros ad hoc referri: nec incõgrue diminutiuum esse uni⁹ dicitur. Et uidetur hoc ad aliquid esse quomõ sũmus & imus: & primus & ultimus: ad omnia dicuntur tam locis q̃ tẽporibus: uel ordinibus subiecta uel supposita. Similiter usq̃ ad omnia loca refertur: & unq̃ ad omnia tẽpora. Et sciendũ q; cõposita quoq; eorum abnegatiua sunt omnium generaliter: quę per ea possunt significari & nullus omnium deorũ uel hominum: uel eorum quę sunt: idest quę cadunt sub nomine. Similiter nusq̃ omnium locorum est abnegatiuum: ut nũq̃ omniũ tẽporũ. Eandem habet differẽtiam ad simplicia ĩfinita: illa quę componũtur ex eis geminatis: uel quę assumunt cũq; ut quis infinitum. Ad unũ per se intelligẽdum pertinet. Horatius in secundo sermonũ. Et leporũ auulsos: ut multo suaui⁹ armos Q; si cum lumbis; quis edat: ,p aliquis. Quisquis uero & quicũq; ad uniuersos confuse dicitur. Similiter & quot certum desiderat numer⁹. Quot quot uero & quotcũq; ad uniuersos cõfuse dicitur. Et quis quidẽ simplex, potest & infinitum & interrogatiuum esse. Cõpositũ uero ab eo aliquis: tãtũmodo ĩfinitũ. Similiter aduerbia quo ubi unde qua & quãdo possũt & ĩterrogatiua & relatiua & infinita esse. Virgilius in. x. Aspera q s natura loci dimittere quando Suasit equos. quãdo pro aliquando. Aliquo uero & alicubi & alicũde & aliqua & aliquãdo: sine dubio ĩfinita sũt tãtũ Et quis uero: quod est substãtię ĩfinitũ: pro qualis & pro quãtus ĩuenitur Qualis uero & quãtus pro quis non. Virgilius in quarto ęnei. Quis nou⁹ hic nostris successit sedibus hospes: quis pro qualis. Idem ĩ sexto. Qui iuuenes quãtas ostẽdãt aspice uires: qui pro quales. Similiter qui aduerbiũ quod est a nomine substãtiuo: quis pro qualiter accipitur. Qualiter uero pro qui: cuius propria significatio est propter quid non accipitur. Terentius in andria. Quis tibi uideor? miser ęque atq; ego: quis pro qualis dixit. Idem in phor. Quot me cẽses homines iam uerberasse usq; ad necẽ hospites: tu ciues: quo magis noui tãto sępius: quo pro quãto. Idem in eunucho. Qui istuc? qui pro quomodo. Idẽ ĩ andria. Qui? quia te noui: qui

Quantus quantus
Quantuscunq;
Quotquot
Quotcunq;
Vt ut / Vtcunq;
Vbi ubi / Vbicũq;

Terent
Horat
Terent
Horat
Virg
Virg
Virg
Virg
Terent
Tere
Tere

idest propter quid. Et hoc tamẽ & alia quoq; oĩa aduerbia interrogatiua ad multas tendunt species interrogationũ: quomodo & supradicta loca lia & tẽporalia. Et sunt eadem & relatiua: ut cur quia διατί καὶ διότι Horatius in primo carminũ interrogatiue. Cur apricũ oderit cãpum? Idem in eodem: relatiue. Et altis urbibus ultimę stetere causę: cur periret funditus. Cur διότι. Idem in eodẽ. Heu miserabiles decãtas elegos: cur tibi iunior lęsa pręniteat fide. Cur διατί Quia similiter. Virgilius in quinto interrogatiue. Heu quia nam tãti cinxerunt ętbera nymbi? Quia διατί. Terentius uero in adelphis. Quia pręter spem euenit: relatiue dixit διότι. Omnes enim species caularum eis respondẽtur: quomodo illis omnes species localium uel temporalium aduerbiorum uel nominũ. Quę uero non ad diuersas pertinent species aduerbia interrogatiua esse non possunt: ut hortandi eia: uocãdi heus: respondẽdi hem: & similia. Inuenitur tamen quisq; pro quicunq;: qualisq; pro qualiscũq;. Similiter aduerbia quoq; pro quocũq;: quaq; pro quacũq;: qualisq; pro qualiscũq;: quãdoq; pro quandocunq;. Virgilius in septimo. O matres audite ubiquaq; latinę: pro quacũq;. potest tamẽ hic & ubi pro ubicũq; accipi Quorsum quoq; exquo & uersum compositũ tã interrogatiuũ q̃ relatiuum & infinitum esse potest omniũ localium ad regionẽ aliquã uergere demõstrãtium: ut si interrogem: Quorsũ uadis? bene redditur horsum istrorsum sursum deorsum dextrorsum sinistrorsũ. orienrem uersus: occidentẽ uersus: & similia. Idem & relatiuum est cum grauatur: ut si dicam: quorsum ille ierat: & ego ii. Et infinitum: quorsum ille uadit: & tu uade. Quod quoq;: & infinitum: & interrogatiuum: & relatiuum est. accipitur enim pro quousq; & pro quãdo: quod triplicẽ habet significationem: ut ostẽdimus. Terentius in phormione. Quid senem quo adexpectatis uestrum? Interrogatiue dixit. Idem relatiuum est: ut quoad iussisti parui. Infinitũ: ut quoadlibet scribo. Similiter quousq; ad quod tempus: uel usq; ad quẽ locum: & interrogatiuum & relatiuũ & infinitũ potest esse. Interrogatiuũ ut Cicero in primo inuectiuarũ. Quousq; tãdem abutere Catilina patientia nostra? Relatiuũ: ut quousq; uisũ est doctori didici. Infinitũ. ut quousq; uideatur tibi uenio. Et localia quidem aduerbia pro tẽporalibus frequentissime ponunt auctores. Tẽporalia uero pro localibus nunq̃. Virgilius in quinto. Hic patris ęneę suspẽsam blãda uicissim Gaudia pertẽtant mentem. hic pro tunc: Idem ĩ secũdo ęnei. Inde thoro pater ęneas sic orsus ab alto. Inde pro postea & deinde.

De his quę possunt accipi loco articulorũ.

Q Voniã de his quę loco articulorũ accipi possũt apud latinos in supradictis ostendimus: & de generaliter infinitis uel relatiuis uel interrogatiuis nominibus: quę relationis causa stoici inter articulos ponere solebant. Et de aduerbiis quę uel ex eis nascuntur: uel eorum diuersas

Hora
Hora
Hora
Virg
Terent
Virg
Terent
Cicero
Virg
Virg

Cur
Quia
Hem. aduerb
Quorsum
Quorsum relatiuũ est cũ grauatur.

c Rectius. de Pronominũ cõstructione.

repete accipiuntur

ſequuntur ſignificationes:conſequens eſſe exiſtimo. De pronominum quoq; conſtructione diſſerere. Articuli enim nominibus in oratione accipiūtur. Et uero pro nominibus neq; apud grēcos: tamē pronomina demonſtratiua: quippe prēſentes oſtēdētia perſonas quē in prima ſūt cognitione articulorū capacia eſſe poſſunt prēpoſitiuorū:quibus latinitas caret :ſicut docuimus. Et manifeſtum eſt q̄ ideo & caſus recipiunt pronomina :ut pro toto nomine ſubeant :ideſt pro omnibus eius caſibus: perſonarūq; omniū diſcretiua ſūt:ut quod deeſt nomini:ideſt perſonarū diſcretio:ea loco illorū prolata cōpleant:& nominis quidem habent caſus : uerbi uero perſonas. Itaq; undiq; declinātur duas generales declinatōes aſſumētia:unā nominis alteram uerbi. Nec per cōfuſionē :ſed per aptiſſimam partitionē. Terminationi enim iniecerūt caſualem declinationē principio uero perſonarū diuiſionē. Eſt enim planū q̄ ſi in eadem parte duē fierent declinationes:contingebat caſus mutationem impediméto fieri perſonarū diſcretioni. Et econtra perſonarū trāſitione corrumpi caſuum proprietatem:quare caſū quidē diſcernens efficit mei mihi me. perſonam uero mei tui ſui. perſonā uero & caſū:me tibi ſe. & in omnibus diffinitum eſt ſupradictis:ideſt perſonis & caſibus:in quibus etiam numeri manifeſtātur propter diſtributionē:quē in utranq; partē eorū diſceſſit ideſt principiū & finē. utraq; tamē declinatio tā caſuū q̄ perſonarū ad proprias partes abſiſtens:ideſt ad nomē & uerbum fine utebatur : ut bonus bona bonū:boni bonē boni. ſcribo ſcribis ſcribit. Non arbitror neceſſarium eſſe ſi quis quērat quare autē ī pronomine non cōcedebatur perſonis magis terminatio quēadmodum in uerbis q̄ principium. quia oportebat ſemel uni cōcedere parti finē:& ſic eſt dicēdū rationabiliter caſuali quippe cum prius eſt nomen uerbo:quēadmodū oſtēdimus . & manifeſtū eſt q̄ eius proprietas i deſt caſus iure obtineat finem . Prēterea pronomen ē quod pro nomine accipitur:& imitatur nomē:& certū quidē accidēs eſt eius ſignificationi :ideſt ſubſtātiē quē inaſcitur perſona: & ſi terminatio optinet maxime partes orationis . Finis autem pronominis caſus ē. Optinebit ergo per finē ut pronomē uocetur: quippe quo imitatur nominis proprietatem:ideſt caſum: q̄uis etiam uerbi ſubit proprietas :ideſt perſona. Et oportere iudico anteq̄ de ſigillorum conſtructione pronominū dicam diſſerere de eorum proprietatibus:ex quibus manifeſtū tradendē fiat documentum conſtructionis. Quoniam igitur prēdictū eſt de prēcipua & ſingulari demōſtratione pronominis:quē fit in utraq; parte in principio perſonarū in fine caſuum:de cēteris uideam⁹. Apud grēcos alia ſunt demonſtratiuorum abſoluta pronominum:alia diſcretiua. Abſoluta dicuntur quē non egent alterius adiunctione perſonē:quē ἐγκλιτικά ideſt inclinatiua apud illos ſunt:ut ὁ οἰκός μου ὁ υἱός σου . Diſcretiua ſunt quē egent adiūctione aliarum perſonarū : quē ὀρθοτονούμενα

ὀρθοτονούμενα

uocant: ut ἐμοῦ κατηγορήσαν τοσσέονται . Neceſſe eſt enim aliā iferre perſonā:quomodo in cōparatiuis nomibus:neceſſe eſt de ea alias fieri perſonas. Abſoluta uero eorū ideſt poſitiua per ſe proferūt. Apud nos autē pronomia eadē & abſoluta & diſcretiua ſūt. Abſolute ut uidet me:uel diſcretiue uidet te uel me :illū autē non. Nominatiuus tamē prī mē uel ſecūdē perſonē pronominū ſi uerbo iungatur:q̄ a uerbū per ſe abſolutam magis perſonā ſignificat:plerūq; diſcretiuus eſt:ut ego dico:ille antē non. Accidit pronomini relatio ī tertia perſona : per quā prēdicta nomina per recordationē pronominātur:ideſt per pronomē ſignificantē ut Iuppiter poſt q̄ troas & Hectora nauibus appulit : ipſe reiecit oculos claros. Et ſciendū q̄ demōſtratiua pronomina:non aliquorū prēdictorū loco nominū quomodo relatiua. Sed eorū quē proferri demōſtratiue nō poſſunt accipiūtur. Relatiua uero prēdictorū quidē loco nominum. Sed quē iterum accipi non poſſūt. Si quis enim pro ipſe reiecit oculos claros ponat iterum Iuppiter. Non colligit duas orationes ad Iouem. ſed quaſi principium alterius facit orationis. Poteſt autē proprium nomē & ad diuerſas proferri perſonas:ut ſi dicā. Aiax uenit ad troiam. Aiax fortiter pugnauit cum troianis:uel contra troianos. Dubiū eſt an de eadē dicam perſona: cum duo eiuſdē nominis fuerint:ad quos ſupradicti actus pertinere poſſūt. Sin autē dicam. Aiax uenit ad Troiam:idem fortiter pugnauit contra troianos:de una intelligo perſona. In omnibus igitur relatiuis pronominibus una eadēq; eſt oratio ex ſupradicto nomine pendēs Licet autē pro relatiuis pronominibus nomina ponere:& orationē mutar ut Iuppiter tonat. Iuppiter fulminat. Hē enim omnes orationes ſingulē per ſe poſſūt proferri & inuicē cōuerſo ordinē prēpoſtere dici: Cum non ad priorē refertur ſecūda:quod facit pronomē relatiuum:quod ad prēdictum nomen refertur. Quotiens uero ille uel hic nō oſtendēdum aliquid ante oculos referunt:oportet intelligere:q̄ eorum demōſtratio ad itellectum refertur. Itaq; quēdā ſunt oculorum demōſtratiua :ut ego & tu:quēdam & oculorū & intellectus:oculorū:ut hic uir: Hic eſt tibi quem promiti ſēpius audis. Intellectus:ut Hic pietatis bonos? ſic nos in ſceptra repo nis? Prēterea ſola pronomina diuerſis uocibus:diuerſas faciūt tertias perſonas:cum uerba una uoce ad plures perſonas pertineāt tertias. Dicim⁹ enim ſcribit Probus aut Seruius:uel quicūq; poteſt hunc actum ſuſcipere :non tamē hoc etiam in pronominibus. Nam relatiua quidē ſunt ipſe uel is uel ſui :quod primitiuum eſt. Demonſtratiua uero hic iſte & ille. Sed intereſt q̄ ille ſpatio longiore intelligitur:iſte uero propinquiore. hic autem non ſolum de prēſēte .uerūetiam de abſente poſſumus dicere ad intellectum referētes demōſtrationē :ut prēdictū eſt : ut Hoc regnū dea gentibus eſſe Virgilius in primo. Ad abſentē carthaginē rettulit demōſtrationē. Iſte uero plerūq; ad oculorum demonſtrationem profertur : ut

Lautē q̄ 3 Greg

Virgilius in sexto. Non hęc ista sibi tempus spectacula poscit: Inueniun
tur tamen hoc de absentibus protulisse auctores: uel de eis quę cerni non
possunt: ut supradictum est. Virgilius in. xi. Sed nunc est omnia quādo:
Iste animus supra. Terentius in adelphis. Iste tuus ipse sentiet posterius:
cum de absente ęschino dicat. Ille quoq; cū etiam relatiuum tam de absē
te q̄ de prēsente potest accipi: ut Sic iuppiter ille monebat: & Tu ne ille
ęneas. & Ille ego qui quondā gracili modulatus auena Carmen? Licet ta
men per figuram cōuersionis: idest κατὰ ἀπόστροφον absētis quasi prę
sentis loquendo uti secūda persona: ut Iuuenalis in secundo. Tu ne duos
una sęuissima uipera coena: Tu ne duos? Quomodo tamen apud grēcos
additur i quibusdam pronominibus ad uim significationis intēdendam
ut ἐκεινοσί ὀυτοσί ὀαί: sic etiam apud nos met pte te ce additę itēdūt
significationē: ut egomet tute meapte nostrapte huiusce: de quibus cum
de pronomine tractabamus latius diximus. Diffiniuntur autem perso
nę pronominū non solū demonstratione: quę prēsentium cognitionem
sub oculis ostendit. sed etiam relatione: quę absentium recognitionē ha
bet. Itaq; bene dicebat Aristarchus coniuga esse personis pronomina cū
similiter & conūcte per omnes personas diffiniuntur uel demonstratōe:
uel relatōe. Verba uero inconiuga cū in prima quidem & secunda perso
na finiuntur. In tertia uero non nisi prēcipuus sit ad aliquē unum perti
nens actus: ut fulminat & tonat: de loue solo intelligimus: non q̄ uerbū
tertię personę finitum est: sed q̄ is qui eius significationē agit: proprium
habet hunc actū. Manifestum est igitur q̄ ideo diuersę sunt pronominis
positiones in tertia persona: ne una uoce diuersę significētur personę. Cō
sequebatur enim ut ipsę quoq; infinitę essent: quomodo in uerbis tertię
personę: quod cōtrariū erat proprietati pronominū. Quippe cū una di
ctio plura significat infinitatis causa fit hoc. Prēterea alię quidē partes
casuales a nominatiuo genitiuum: & cęteros casus ad consequētiam noi
natiui solēt perficere. Principalia uero pronomina: idest ego tui mei sui
tibi sibi. Positiuę magis per singulos casus declinātur cū non potest ego
secundum rationem casualium mei genitiuum adhibere: neq; tamē mei
genitiuus mihi & me oportune ascisci. Numeris quoq; positiue commu
tatis ego mei nos: tu tui uos. Nullus enim genitiuus qui non ex nomina
tiuo sit conueniēter declinatus: potest numerum pluralem noiatiuo cōse
quētem exhibere. Declinatus enim a noiatiuo congrue huic declinat tā
sequētes casus q̄ numeros. Itaq; & ἑτερόκλιτα: idest diuersiclinia: ne
cessario consequitur aliquis nominatiuus aptus genitiuo: exquo reliquę
figurationes tam numerorum q̄ casuum reddantur: ut iter itineris geni
tiuus fecit itineri & itinera: & ex hoc quoq; nominatiuus itiner necessario
accipitur. Similiter precis & uicis & frugis & lateris: qui sunt genitiui: fa
ciūt datiuos p̄ci & uici & frugi & lateri: & preces & uices fruges & lateres.

Virg
Virg
Terent

Quapropter oportune inerunt nominatiui supradictis nomibus & prex
& uix & frux: uel frugis: & later. Ergo genitiuus mei non declinatus: sed
positiue factus consequētiam tā casuum q̄ numerorū recusauit. Ille autē
& iste & similia cum genitiuum a nominatiuo habēt declinatū habuerūt
etiam reliquos casus & numeros consequētes. Sed forte quęrat aliquis:
cur consequētiam euitauerūt pronomina: & cur non nomina. Nominum
positio inuenta est ad significationem qualitatum uel communiū uel p
priaꝝ: quę sūt innumerabiles: ut homo: Plato. Et quoniā neq; demōstra
tionē hēt ea neq; relationē: q̄ b⁹ finiūt̄ p̄sonę, pnoīnū inumerabiles ī eis:
idest nomibus positio fiebat: & singulorū figuratio nominū singulis red
dat suppositorum suam qualitatē: quare nō mediocriter disturbāt qua
litatis significationem: cum in unam concidant uocem nominū positio
nes tam in propriis q̄ in appellatiuis. Inde caruit diffinitione persona ea
quę in nomine ipso intelligitur: nec mirum cum propria quoq; nomina
quis ideo ponantur ut unumquēq; ab aliis omnibus discernant. Incerta
sunt tamen: cum non possint omnes eius qualitates quę illum separant
ab aliis omnibus ostendere absq; demōstratōis auxilio: quę fit per prono
men. Quis enim sciamus q̄ poeta fuit Virgilius & filius Maronis cer
nētes eum si posset fieri: nesciebamus eius esse hoc nomē nisi siquis no
bis eum demonstrans dixisset. hic est Virgilius: propter quod per singu
las figurationes separatus nominatiuus exigebat obliquos casus congru
os proprietati suę: ne fieret incerta significatio tam confusa. Inde etiam
genera necessario subeūt: ut cum qualitate significatōis discernāt ét gen?
Inde inuētę sūt etiam adiectiuę positiones: ut cōsequētia nominibus cō
munibus uel propriis cōpleātur: ut equo albus uel fortis. Platoni uero sa
piēs: uel bonus adiicitur. Marti gradiuus: & alia multa quę possunt ac
cidere. Vnde etiam cōpositiones sunt īuentę: ut beneficus maleficus om
nipotens: quę ex accidentibus conficiebātur: quę sūt qualitatis uel quan
titatis. Pronoīa uero ea quę ad nihil aliud aspiciūt per demōstrationem
nisi ad propriam aliquam substātiam: & ad ei accidētes qualitates: quę
possunt oculis cōspici: ut albū uel nigrū: longū uel breue: uoce autē ipsa
pronominis nō manifestātur nisi substātię: iure plurimas recusauerunt
uocū figurationes: quippe cum singulę earum per singulos casus pro om
nibus accipiūtur nominibus. In oībus enim rebus substātię quidem sin
gulę sūt: qualitates uero multę: quę noīe possūt intelligi. Quod si uerum
est naturaliter abstitit ab eis nominū consequēs declinatio: ne cū pro om
nibus accipiātur noībus uni eorum terminatōi succedāt: & cum unicam
ad omnia quę sūt habeāt significationem: & una uoce generali proprie
tates omniū demōstrent: unicam habuerunt etiam uocis declinationem
ut singulas uariēt personarū & casuum prolationes: nulli obnoxia regulę
quę in unicis nec locum habere uocibus poterat. Manifestum est autem

Q°

Recte: neq; omnia concidant uocem nominū positionem est sed concipiāt. & sic preclare pontanus pro ponte aspiratio me scribendum esse ait

Concidant. pro Concidant dixit prisci.

q̃ & prima & ſecunda perſona quibus ſola eſt demonſtratio ſingulas habent uoces. Itaq; genera quoq; omnia non abſciſa propriis terminationibus: ſed per eundem finē congruam habuerūt poſitionē. Quippe cum p ea demōſtratio ſubſtantiam per ſe ſignificat abſq; diſcretōe generū. Ille autem & ipſe & hic & iſte & is: quia in diuerſis tertiis poterant eſſe perſonis abſentibus uel pręſētibus: uel longe uel iuxta poſitis diffinitionis cauſa manifeſtādę: etiam genus cum ſequēti declinatōe acceperūt. Quēadmodum nomina: ſic etiā pronoīa per ſingulos caſus ſimiliter cum uerbis conſtruuntur: & noīatiuis quidē ītrāſitiue: obliquis uero tranſitiue uerba cōiunguntur: ut Theotiſtus uel iſte currit: Theotiſti uel iſtius miſereor: Theotiſto uel iſti prębeo: Theotiſtum uel iſtum uideo. Ablatiuus etiā cęteros obliquos ſequitur. Theotiſto uel iſto gaudeo. Nā uocatiuꝰ quoq; intrāſitiue ſecundis adiūgitur uerborū perſonis: cum proprius ſit naturaliter ſecundę perſonę: ut Theotiſte uel tu noſter doctor legis: uel lege. Virgi. i. x. Vigilas ne deū genꝰ ęnea ſuigila. Obliq; tr̄ōſtructionē ꝗ boq; quę fit ītrāſitie cū noīatīs excipiūt trāſitie niſi ſint ꝗba abſoluta: ut Theotiſtus uel iſte uiuit: ſpirat floret uiget: & ſimilia. Ea enim non egēt obliquorum adiunctione: ideſt trāſitione in alias perſonas affectus tātū ſingulorum oſtendentibus uerbis: ut doceo iſtum: uel Theotiſtus docet Priſcianum: Ego doceor ab iſto: tu doceris ab illo.

Virg

¶ De imperſonalibus quę ſemper obliquis iungūtur.

SCiendum autem q̃ imperſonalia ſiue trāſitiue ſiue intrāſitiue p ferantur obliquis caſibus iungūtur: niſi per defectionē proferātur. Intrāſitiue: ut curritur a me: pro curro: uel ſtatur a te pro ſtas: & ſedetur ab illo: pro ſedet ille. Q̃uis in eis quoq; poteſt ipſa res ītelligi uoce paſſiua: ut curritur curſus: & bellatur bellū. Vnde etiam ſi non addat a quo poteſt tamen ſēſum complere ipſius rei quę agitur. Virgiliꝰ in ſeptimo. Certatur cōminus armis. Terentius in eunucho. Quid agitur? ſtat. Trāſitiue: ut miſeret me tui: pudet te mei: poenitet illum ſui. Mei autem & tui & ſui genitiuos hic intelligimus primitiuorū: qui quidē etiam poſſeſſiuorum ſunt genitiui. Nec mirū eādem uocē mutatione ſignificatiōis ad aliam ſpeciem trāſire cum ſoleat diuerſa ſignificatio eaſdē uoces etiā ad alias partes trāſferre: ut nomina ī aduerbia. Sublime uolant: pro ſublimiter. Sole recens orto: pro recenter. Et contra aduerbia in nomina: ut Sponte ſua: & mane nouum: & participia in nomina: ut amās ὁ ἐρᾶσ σ ſapiens ὁ σοφός. doctus ὁ ἐπιστήμων. factum τὸ ἔργον. Carent enī tempore in his ſignificationibus. Igitur non uoces magis ualent in partitione dictionū q̃ earū ſignificationes.

Virg
Terent

¶ De pronominibus loco nominum poſitis.

LOco nominum pronomina ponūtur non ut quidam exiſtimāt p pter nominum ignorātiam: quę enim ignorantia eſt nominum ut

dicat Aenēas ad Didonē. Ego te quę plurima fando Enumerare uales Sed manifeſtum eſt q̃ quia non poſſūt nomina in prima & ī ſecūda eſſe perſona: ut oſtendimus. At dicet aliquis quid igitur? nū etiam ignoratis nominibus dicimus: ego & tu? ad quem reſpondēdū eſt q̃ ex accidēte hoc fit: ideſt demōſtratiōe proprię qualitatis: cum ſimiliter etiam cognita nomina pronominalem ſępe exigunt demonſtrationē: non minus tamen ſic quoq; loco eorum accipiūtur. Vi enim propriū nomē intelligit per pronomē: nō dico uocis nomen: ſed quod ex ea oſtenditur: ideſt propria qualitas ſuppoſiti: in qua ſūt propria nomina. Quāobrem ad nihil utile pertinēt pronomina ſi careant perſonis oſtendentis: & eiꝰ quę oſtēditur. Itaq; cū ſcribuntur per ſe pronomina nimium infinita ſunt: ſcilicet cum a ſua materia excidunt: ideſt demonſtratōe proprię qualitatis: unde rationabiliter qui ſibi inuicem ſcribunt ſolent nomina propria pręponere: ſine quibus perfectio orationis nō conſtaret: cū ponantur pronomina tam primę q̃ ſecundę perſonę propter accidentes actus tam ſcribenti q̃ illi ad quē ſcribitur prępoſitis nominibus propriis. ut Cicero Bruto. vi. ad ea demōſtrationes faciunt pronomina. Si enim ponam: Ego tibi dudum ſcripſi: oſtendi per pronomē ego nominis prępoſitum nominatiuū per tibi aūt datiuum ſecūdę perſonę: q̃ loco datiui noīs prępoſiti accipit. Nec dubium eſt q̃ ſublatis nominibus antepoſitis: etiam pronomina infinita fiunt. Eſt autē cauſa propter quam nomina non poſſunt accipi in prima & ſecūda perſona: quā ſuperius quoq; diximus: uel q̃ ſubſtantię & qualitates generales: & cōmunes: & ſpeciales: & indiuiduę in quibus ſūt nomina: non habēt certam diſcretionem perſonarum: utputa omnis homo & ſubſtantia poteſt dici: & animal: & homo: & nominari Plato: uel Cicero: uel quod ex propriis nominis poteſt imponi uni alicui ex omnibus. Prima autem perſona ad nullum pertinet niſi ad ipſum qui loquit. Nec ſecunda: niſi ad eum in quem ītenditur ſermo: uel propter hoc: uel etiam propter illud: quod non ipſi nobis imponimus nomina: quod eſt ſuum primę perſonę. Nec ad eos qui naſcūtur intēdentes ſermonē: quod eſt ſecundę perſonę: eorū poſitionem: ideſt nominationem facimus. Neceſſe eſt ergo in tertiam perſonam concedere nomina per oēs caſus abſq; uocatiuo qui primus tranſfert poſitionem a tertia perſona ī ſecundam: propterea q̃ per eum fit demonſtratio pręſēs: eius in quem facta ſit poſitio nominis. Illud ~~quod~~ manifeſtum eſt: q̃ a nobis uerba facientes: ideſt proferentes ad alias perſonas: debemus ea intendere: & apparet q̃ non licet nominibus uti: q̃ tertiarum ſunt ea perſonarum: ſed ratio exigit a prima ad ſecūdam fieri uerba. Quāobrem ſubierunt pronomina hoc qd̄ non poterat nomen cōplētia. Cum dicimus ego tibi ſcripſi. Prędicta eſt autem cauſa: quapropter pronomen unum pro omnibus accipitur noībus: ideſt q̃ demonſtrationem uel relationē habet alicuiꝰ certę ſubſtātię

Virg

Cicero

Q°

Propria qlitas ſuppoſiti intelligitur p pronomē ſed nō accipit hic qlitatē loque ſed p ſuppoſito propri o

Cauſa propter q̃ nomina non poſſunt accipi in prima & ſecunda perſona

que omnibus propriis nominibus una eademq; uoce significanda ē. Nemo tamen putet q̃ nihil usus habent tertię pronomina personę cū nomina in eam possunt personam accipi: & dicat si posset in prima & secūda inueniri nomina persona: fortassis nec excogitarētur pronomina. Nam possumus ad hoc dicere q̃ pronomina semel nominū loco nata: ex accidente habuerunt etiam demōstrationē. Sub oculis enim omnes eorū personę plerūq; cernūtur. Itaq; pręcipuū habuerunt accidens: idest demonstrationem quę profecta per coniunctionē primę & secūdę personę: peruenit ēt ad tertiam: quare excogitata sūt pronomina in tertia persona. Non igitur q̃ non habet tertias personas nomen: ideo excogitata sūt pronomia. Sed quoniam expers est demōstrationis: quę est in pronominibus. Itaq; inest utrunq; in illo Virgiliano: Hic augustus & omnis iuli progenies: satis necessarium. Quia enim cernitur Augustus demonstratione usus ē per pronomen quę nomine fieri non poterat hic. Vt autem qualitatem quoq; propriam ostenderet personę: quam demonstraret addidit Augustus. His itaq; se habentibus certum est: q̃ si dicam. Priscianus scribo & his similia: sine dubio incongrue dico. Nec propter aliud quid: nisi propter personarū incōsequētiam. Tertię enim personę est nomen: uerbum uero primę. Est igitur cōsequēs quod in duabus tertiis profertur: ut Priscianus scribit: non tamē omnino ubiq; hoc obseruamus. Quę enim substantiam significant uerba uel nominationē ascisciunt aptissime nomina & in prima & in secūda persona: quod nō est i aliis cōsequens: ut Sū pius ęneas. Cicero nominor: & his similia. Quis enim gręcorum auctores iueniātur licētia solita utētes: & in aliis quoq; uerbis: primę: & secundę personę cōiūgētes nomina: ut Homerus μηκέτ' ἔπειτ' ὀλυσ νικάρη ὤμοι, σιν ἐπεί η. Euripides in hecuba. ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου, πύλασ λιπὼν ἵνα ἅλησ χωρίσ ὤκῖσαι θεῶν πολύλωροσ. Idem in Bacchis. g. in quibus oībus deest ego. Nostri quoq; ut Iuuenalis in .iiii. Nam cum sis cōuiua mihi promissus habebis Euandrum uenies tirynthius haud minor illo Hospes. deest enim tu. Supradictis uero: idest substantiis & sine pronomine bene omnes adiungūtur personę: & uocatiuis uerbis. Cum enim ipsa uerba per se substātiā uniuscuiusq; propriam colligant: uel substantię nominationem necessario relictis pronominibus: quę ipsa quoq; solā substantiam quātū ad uocem significant: ad nomia se applicāt: quę propriam qualitatem demōstrāt: seu generalem seu specialem: ut homo sū: Apollonius uocor: unde ego sum: uel ego uocor per se nemo dicit: cum duplicata substantię demōstratio sine qualitate nil perfectum significaret: nō enim erat possibile propriam positionem: quę significatur nomine proprio attribuere uoci cōmuni: idest ad omnes generaliter pertinēti: quod est pronomē si diceremus. Ego sum: ego nominor: uerba ad pronomen referentes. Nam significationen non proprię

pronomina

Virg

Virg

Qui dicit priscianus scribo incongrue dicit

Homer

Euripi

Euripi

Iuuen.

Pronomina solam substantiā quātum ad uocem significant

qualitatis: sed quę cōmuniter omnibus accidit essentię demonstratiue faceremus: ad quam pertinet ego. Eadem ratio in cęteris quoq; personis ē. Manifestum est igitur q̃ quia cōfitētur suam positionē nominū supradicta uerba: idest nominationem euocāt ea a tertia ad primam: quando dico Priscianus sum: uel Cicero uocor: cum specialē substātiam quā pronomen additum demonstraret: habeat in se ipsum uerbum substātiuum uel uocatiuum. Itaq; frequēter inuenimus demonstratiuis pronominib⁹ positis: nō posita supradicta uerba tamē intelligi. ut Virgilius in sexto ęnei. Hic cęsar & omnis Iuli progenies. Adeo quoq; demonstratio huius est causa q̃ aduerbiis quoq; demonstratiuis sępe positis nō est necesse addere supradicta uerba: ut Virgilius in secūdo ęnei: Tu ne ille ęneas quē dardanio anchise? Idem in tertio. Nā polydorus ego. Idem in eodem. Ecce tibi ausonię tellus: hanc arripe uelis. Necnon etiam substantię posito nomine frequēter deficiunt uerba substantiua. Lucanus in primo. Quis furor o ciues: quę tanta licētia ferri? Virgilius in quarto ęnei. Quis tibi tunc dido cerneti talia sēsus? Quosue dabas gemitus? Et quālis & quātus positis infinitis: pro quibus etiam quis ponitur, deficiunt sępius uerba substātiua quomodo etiam participiis: ut Iuuenalis in quarto. O qualis facies & quali digna tabella. Virgilius in primo ęnei. Certe hinc romanos olim uoluētibus annis: Hinc fore ductores reuocato a sanguine teucri. Qui mare: qui terras: omni ditione tenerent Pollicitus. Non tamē si dicamus. Cicero accuso bene dicitur: sicut Cicero sum. Non enim accusationis uerbum proprietatē sic significaret substantię: quō substantiuū ꝓbū uel uocatōis: q̃ p ꝓbū īdicat uocatiuū. Participiis quoq; quę tertię sūt personę: quomodo nomina substantiua bene sociamus uerba: ut possint loco trium uerbi personarum fūgi: ut amatus sum es est. Quę si deficiāt īfinita pro his subeunt nomina substātię cū uerbo: ut ego sum qui amor: idest ὁ φιλοῦμενοσ: uel tu es qui amasti: idest ὁ φιλήσασ. Hęc enim desunt apud nos participia: & attēde in his quoq; quāta uis est substātiā significātium: quod & loco participii: quod & substātiā ipsius qui agit: uel patitur: & actum uel passionem significet: accipitur nomen substantiuum cum uerbo: ut quid est amans: qui amat: quid est nascēs: qui nascitur. Et loco uerbi participiū cum uerbo substātiuo: ut prāsus sū: pro prādi: meritus sum: pro merui. Et nota q̃ cum & nomē: ut supra diximus: & uerbum substātiuum inuicem: hoc cū participio positū loco uerbi: illud cum uerbo loco participii fungitur: ad omnes personas pronominū refertur. Ego sum qui scripsi: tu es qui scripsisti: ille est qui scripsit. Quomō autem pronominibus uocatiua uerba non adiungūtur: sic nec participiis quippe ad nominationem pertinentia. Substātiua uero aptissime adiūguntur cum actus & passionis essentiam cum participiis significant: ut amatus sum: amatus es: amatus est. Deinde dicēdū est de cōstructōe

Virg

Virg

Virg

Lucan.

Virg

Iuuena.

Virg

Pransus sum

meritus sum

pronominum ad uerba. Obliqui casus pronominum omni modo ad uerba referuntur: quomodo & nominũ: ut illius misereor: illi noceo: illũ accuso: illo nitor. Ex qua constructione intelligitur qualis nascitur affectus personę: sed non reciprocatur quod dicimus. Non enim omnia ꝓba obliquos desiderant casus nominum uel pronominũ: quomodo omnes obliqui casus uerba desiderant: quoniam quędã ex his perfecta sunt & absoluta: quędã defectiua: ut si dicat: ambulat homo uiuit currit sedet: & similia. quę sunt absoluta non egẽt obliquis casibus. Sin dicam. Accusat: uidet: insimulat~~ur~~ imperfecta sunt: & egent obliquorũ casuum adiunctione ad perfectionẽ sensus: sed de his opportunius separatim cum de uerbi constructione tractabimus dicetur. Quidam tamẽ putauerũt perfectioré uerborum constructionem esse: si pronomina assumãt: ut ego scripsi tibi: & similia: cuius a pprobationem dicunt esse eam ꝙ cum dicam: ego quidem affui: tu uero non si tollas pronomẽ incõgrua: uel incognita erit locutio. Sed hoc facit maxime coniunctio quidẽ. Itaq; ego non arbitror qd dicunt uerum esse generaliter. Non enim omnino egent pronominibus uerba: idq; affirmatur: non ex poetica solum constructione: cui licet & deficere & abũdare: sed ex cõmuni elocutione doctorum: & maxime a scriptorum constructione: qui sine metris scribentes perspicaciter magis ea utuntur: & ex ui ipsius orationis solent: Quod necessarium est apponere. Cum manifestum est de obliquorum constructione: Sciendum ꝙ insunt in quibusdam partibus orationis aliarum partium intellectus: ut si dicam. Aiax: intelligo hominem: & unum per numerum singularem si dicam: Anchisiades: intelligo genitiuum singularem primitui: & filius cum nominatiuo singulari. Si dicam diuinitus: intelligo nomen: cum ex prępositione idest ex diis. Si dicam fortior intelligo magis: & positiuũ primitiui: idest fortis. Innumerabilis est enim huiuscemodi exemplorum copia: nec est dicendum ꝙ si dicam: Anchisiades deest & debet ei addi filius: & si addatur poetica est licentia: quomõ & prępositiones solent & minuere: ut Terentius in andria. Ad te aduenio spem salutem auxilium expetens. Virgilius in primo ęnei. Sceleẽ ante alios immanior omnes. Ante enim cum comparatiuo positum auctionem auctioni addit. Terẽtius in andria. Post deide quod iussi ei dare bibere abundat post. Idem in eadem. Pernimium non laudo. per superuacuum esse uidetur. Quis amplioris significantię causa potest accipi. Idem in eadem. Abhinc triennium: pro hinc. Item subtrabitur prępositio. Virgilius ĩ primo. Italiam fato profugus: deest ad prępositio. Neq; si dicam Aiax. quod est singulare: deest unus. In uerbis igitur similiter accidunt: quę una cum eis intelliguntur: ut ĩ indicatiuis ipsa indicatio & quę ex ea intelligitur affirmatio. Vnde ad ĩterrogationes respondẽtes etiam aduerbium confirmatiuum uel nõ: uel uerbũ indicatiuũ reddimꝰ:

Quorundã opinio

Terent
Virg
Terent
Terẽti)
Terẽti)
Virg

ĩ parce

utpote habens in se affirmationẽ: ut interroganti legis: etiam uel non respondemus: uel lego. Sed & de his in cõstructione uerborum subtilius tractabimus. Inest etiam singularis numerus in uerbo scribo: nec eget ut addatur unus. Manifestumq; est ꝙ etiam nominatiuus pronominis inest uerbo. Ergo si supradicta non desũt: quia intelliguntur: nec pronomẽ deest. Nec tamen si addatur uituperanda sit constructio. Est enim quãdo amplioris causa significationis adiunguntur ea quę possunt: etiam si nõ addantur intelligi: ut legis: etiam lego. Ecce enim hic q̃uis aduerbiũ etiã per se positum intellectum habeat uerbi prędicti: interrogatione tamẽ additum nõ fecit uiciosam orationem: sed magis certiorem. Firmior. n. fit promissio duplici confirmatione. Similiter unum hominẽ dicimus ambulare ad diuersorũ multitudinẽ: nõ ideo ꝙ ipsi homini cum singulariter dicimus: non ĩhęreat etiam unius numeri intellectus. Iterũ ad omnium abnegationem dicimus nullum ambulare. Neminem inueni singulari numero numerum adiungentes singularem. Eodem igitur modo cum absoluta & non discretiua inest prolatio: dicimus absq; pronomine disputo disputas. Sin autem discretionẽ alicuius rei uolumus manifestare addimus pronomen: cuius est proprium discernere personas. Non enĩ ut iudicemus personam hoc facimus: eam enim habent in se uerba. Vnde infinita eoꝝ quia deficiunt personis egent uerbis indicatiuis: ut quod deest ex his assumant. Ergo discretionis causa: & maxime si cõiũctio assumitur pronomẽ additur uerbo: ut ego quidẽ affui: tu uero non. Ego qdem scripsi: ille uero legit: uel amplioris causa significantię: in quo tãtũ ad alios omnes uidetur fieri discretio: ut Cicero in primo inuectiuarum Nos non dico aperte consules nos desumus. Intelligimus enim ꝙ nemo alius nisi nos. Terentius in andria. Ego tibi furcifer: si uiuo ostẽdam qd sit periculi dominum fallere: & illi patrem. Et prima quidem uel secũda persona uerborũ nisi discretionis uel significationis causa nõ egent pronominibus: quippe cum sint finitissimę singulisq; uocibus pares habeãt & pręsentes demõstrationes. Tertię uero cum sint inumerabiles una uerbi uoce utentes necessario confusionem faciunt infinitam. Itaq; conueniẽter ad eandem discernendã: pronomina quę sunt finita tertiis uerbi personis adiunguntur ut per eorum adiectionẽ incerta significatio finiatur ut scribit hic: scribit ille: scribit ipse: scribit is: scribit idem. Salustius in catilinario. Verum enim uero is demum mihi uiuere atq; frui anima uidetur. Is ĩ hoc loco & relatiuum & discretiuum est ad omnes. Impersonalia quoq; uerba cum per se infinita sint personarũ & numerorũ additione pnominum diffiniuntur: & loco perfectorum per omnes modos accipiũt uerborum: ut curritur a me: a te: ab illo: a nobis: a uobis: ab illis. Imperatiuo curratur a te: ab illo: a nobis: a uobis: ab illis. Similiter optatiuo utinã curreretur a me: a te: ab illo: a nobis: a uobis: ab illis. Sic etiam ꝑ cętera

Cicero

Terent.

Salust.

infinitus

Quare Pronomina uerbis adduntur.

frequentissime:tamẽ sine additione pronominum proferuntur : & ipsũ actum significant:licet deficiant pronomina:ut Iuuenalis in tertio. Curritur ad uocem iocundã:& carmẽ amicę Thebaidos. Virgilius in primo ęnei. O dea si prima repetens ab origine pergam:Et uacet ãnales nostrorum audire laborum:deest enim tibi. Idem in eodẽ. Mecũq; fouebit Romanos rerum dominos:gentemq; togatam:Sic placitum. deest mihi.

Juuena.
Virg
Virg

¶ De Impersonalibus.

PAssiuam quidem uocem habentia:ablatiuo uel datiuo more passiuorum iungũtur:& intrãsitiue ĩtelligũtur:ut curritur a me uel mihi. Actiuam uero si sint a perfectis uerbis eorum constructionẽ seruãt: ut iuuat me:quia iuuo te. Virgilius in secundo georgicorũ. Et iuuat undantem buxo spectare cithorum. Placet mihi:quia placeo tibi : contigit mibi:quia contingo tibi. Similiter euenit:accidit. cętera quoq; datiuo copulantur:& intrãsitiua sunt:ut licet uacat libet mihi. Exceptis quę accusatiuum simul & genitiuum assumunt:poenitet pudet tedet piget miseret me illius. Duo inueniuntur quę cum genitiuis aliorum omniũ casualium applicantur. In quinq; tantũ solis pronominibus : quorum similes sunt genitiui primitiuorũ:genitiuis deriuatiuorum ne concidãt ablatio possessiui pro genitiuo primitiui cõstruũtur:Interest mea tua sua nostra & uestra:in quibus subauditur in re:idest in utilitate mea tua sua nostra Nam si dicamus interest uel refert mei tui sui nostri uel uestri:nõ ad primitiuam personam : sed ad possessionẽ intelligitur:ut interest mei filii uel fratris :uel tui uel sui:uel nostri:uel uestri. Cũ cęteris enim quoq; omnibus casualibus:idest nominibus uel pronominibus participiis supradicta uerba coniũcta genitiuum exigũt casũ:ut diximus:ut Interest imperatoris:interest meorũ natorum:interest docẽtis:idest prodest docenti. Nam participia tam nominum q̃ uerborũ sibi defẽdunt structuram:& uerborum quidẽ constructionẽ seruant:quãdo uel absoluta uel trãsitiua sunt ad alia casualia:quibus ad consequẽtiã uerbi cõiungũtur. Absoluta ut spirans uiuo:ambulans cogito:quia spiro & ambulo absoluta sũt. Trãsitiua:misereor tui:miserens tui:noceo tibi:nocẽs tibi:laudo te : laudans te:potior illa re:potiens illa re:& hoc quidem fit secũdum uerbum. Secũdum nomen autem participia construũtur quẽadmodũ uerba:uel ĩtrãsitiue cum nominatiuo:uel trãsitiue cum obliquis nominum ponũtur:sic etiam cũ participiis intrãsitiue:ut Virgilius scribẽs floret:ego ĩtelligens delector. Transitiue:ut egeo miserãtis:cõsentio miserãti:uideo miserãtem:potior miserante. Hę enim cõstructiones obliquorũ ad similitudinem nominũ uel pronominũ fiunt:ut indigeo illius:indigeo pascentis:faueo legẽti:quomodo & faueo amico:& faueo illi:accuso illũ:accuso hominem :similiter accuso legẽtem. Dignor te laude:dignor te illa re:dignor te celebrante. Est tamẽ quando ĩ nominum uim transeunt participia:&

Concidant pro eo quod non multi dicunt concidat

Cur dicimus Interest mea tua Sua nostra uestra

genitiuo coniungũtur relicta uerborum ordinatione:ut fugitãs lites participium est:fugitans litium nomẽ est. Amãs illum:similiter participiũ amans illius nomẽ:unde & comparatur amãtior amãtissimus. Pręfect9 urbi participiũ:quia & pręfetior urbi dicimus:pręfectus urbis nomen est Participiũ autem cõparationẽ habere non potest:cum loco uerbi fungat quod comparatione penitus caret:quãtum est in sua uoce. Nam adiectione aduerbii possunt comparari:ut Virgilius in primo ęnei. Quam iuno fertur terris magis omnibus unam Post habita coluisse samo. Similiter participio additur magis hunc coles :q̃ illum. Et ad nomen quidem loco uerbi fungitur:ad uerbum uero loco nominis:ut faciens eloquẽtẽ dico:pro qui facit eloquẽtem:laudo legentem:quomodo laudo lectorem. Nec mirum pro utroq; fungi:cum utriusq; accidẽtia possideat. Et sciendum q̃ si pręponatur cõiunctio casuali:necesse est aliquã quoq; partem casualem copulari:& ad utrãq; uerbum referri:ut Et Dionysius loquit & Trypho:& Apollonius scripsit & ego:& uigilans proficit & legens.& econtra si uerbo pręponatur cõiunctio:necesse est aliud uerbũ ei cõiungi & ad utrunq; aliquid casuale referri:ut scribit & legit Trypho:& pugnat & uincit ęneas. Licet tamen uerba primę & secũdę personę repetẽti nihil casualium adiungere :& perfectã orationem ostendere:ut & lego & ĩtelligo:& doceo & doceor:& scribis & cogitas. Nã ipsa demõstratio loco casualis alicuius fungitur:cum & pronomẽ & nomẽ per eã intelligitur : tã in prima q̃ ĩ secunda persona. Nam in tertia uerbi persona:quę infinita est eget aliquo casuali. Quod autem fit in nomine:hoc etiam ĩ aduerbio quod ui adiectiuum est uerbi:exigit ratio fieri:ut & bene & docte scribit sortes. Necesse est enim coniunctiones prępositas uel diuersas personas coniungere:quę sunt in casualibus:uel qualitates:quę sunt in aduerbiis. Communiter autem actum uel passionem necesse est cõsequi:quę est in uerbo uel participio:uel actus uel passiones copulari. Cõmunes autẽ p̃sonas consequi:uel qualitates ipsi actui accidẽtes geminari: & tunc actũ inferret. Si enim non pręponatur cõiũctio licet diuersas iferre partes:ut scribit Dionysi9:& trypho: scribit dionysi9 & legit. Si.n.p̃ponã ciũctões dicẽdo:& scribit dionysi9 necesse ẽ alterũ ꝓbũ subiũgeř & diceř. Et scribit Dionysius & legit. Rursus si dicam:& Dionysius scribit:necesse est alterum causale inferre:& dicere. Et Dionysius scribit & Apollonius. Quippe cum pręposita cõiunctio copulatiua :uel disiunctiua oĩmodo cogit cõsimilem partem repetere :idest uel casualem:uel carẽtẽ casu: & eundem casum uel modum:ut & scribo & intelligo:uel scribo uel intelligo:& meus seruus& tuus:uel meus seruus uel suus. Sciendũ tamẽ est q̃ licet genitius in huiuscemodi constructione copulare nominatiuos possessiuorum. Quippe qui uim genitiuorũ primitiuorũ suorum possidẽt:ut pulcherrimi sunt & homerici uersus & Virgilii. Similiter licet dicere :& Agamẽ-

Virg

Amans illũ
Amans illius

Pręfectus urbi
pręfectus urbis

l. aliam

nonis filius:& Menelai filia sociati sunt:& frater noster & uestri :& meꝰ seruus & illius.Nec solos nominatiuos possessiuorũ.sed quoscũq; casus bene possumus cum genitiuis possessiue prolatis coniungere:ut & ager meus est & fratris:& tua est ciuitas & omnium:& mei filii est hereditas : & cognatorum .& meo seruo & fratris dedi:& meũ amicum & patris diligito:& mei filii & uxoris meę:& meo filio delector & castę matris. Similiter omnia possessiua possũt proferri:tam nomina ꝗ pronomina. Genitiuos quoq;& ablatiuos iuenimus coniungi uerbo impersonali:quod est interest & refert:de quibus supra diximus :ut ĩterest mea & patris:refert tua & imperatoris.Modos quoq;ut diximus necesse est supradictis coniunctionibus prępositis eosdem plerunq;adiungi:ut & legis & discis : & lege & disce:utinam & legeres & disceres:utinã aut legeres:aut disceres : cum& legas & discas:cum aut legas aut discas:cupis & legere & discere Licet tamen uariare:ut & legisti & lege:& legisti & utinam legas . Casus quoq;eosdem sociari exigunt copulatiuę uel disiũctiuę:prępositę uel interpositę coniũctiones quãdo unum uerbum ad eos refertur:ut ego & tu legimus:uel mei uel tui miseretur :& mihi & tibi prodest :uel me uel te ledit :uel Cicerone uel Virgilio delector.His constructionibus inueniuntur quędam contraria apud auctores :licet non repetantur coniunctiones supradictę:sed sic interponantur quomodo si repetantur. Virgilius in primo ęnei.Succinctam pharetram:& maculosę tegmine lyncis : Aut spumantis apri cursum clamore prementem.Sed melius in quibusdam codicibus sine m pharetra ablatiuus inuenitur.Quidam tamẽ lyncis cursum a cõmuni accipiunt.Idẽ in septimo.Quod scelus aut lapythis tantum:aut calydona merẽtem.Sed melius hic quoq; in quibusdam codicibus inuenitur.Quod scelus aut lapythis tantum:aut calydone merẽte:uel aut laphytas aut calydona merentem. Eãdem questionem habet etiam illud.Iusticia ne prius mirer belline laborum.Sed inuenitur etiam Iusticię ne prius:quod est aptius.Similes enim quęq; coniunctio dubitatiua uel interrogatiua exigit casus.Hoc autem sępe fit ubi anceps est constructio dictionũ. Nam & succingor hanc rem:& hac re succingor dicimus. Virgilius in septimo.Palla succicta cruẽta.Idẽ in quarto ęnei. Tuumq; dulce caput magicas inuitã accingier artes.& Mars perdere gẽtẽ Immanẽ lapythum ualuit:cõcessit in iras:Ipse deum antiquam genitor calydona dianę:Quod scelus aut lapythis tãtum:aut calydone merente: & Quod scelus aut lapythas tãtũ:aut calydona merentem:utrunq; bene dicitur:& miror iusticia & iusticię.Et rectius quidem omnes ad prępositum casũ esse etiã consequentẽ interposita cõiunctione:nõ tamẽ penitus absq; ratione esse uidetur:si quid tale inueniatur apud auctores. Pronominum obliquis casibus coniuncta uerba duas exigunt personas:efficientis & efficiendi:idest agentis & patiẽtis:ut misereris mei:das mihi:

Virg

Virg

Virg

Virg

Virg

/. quod grẽci dicunt ἀπὸ κοινοῦ

Succingor hanc rem & hac re

Miror iusticia & iusticię

uides me:dignaris me.Similiter in omnibus casualibus:& in reciprocationibus personarum hoc est quãdo eadem persona & agit & patit : & utimur eiusdem constructionibus:ut misereor mei:inuides tibi:orat se ille: & similia. Nulla prępositio per cõpositionẽ potest pronomini adiungi . Itaq; per solam appositionem obliquis casibus eorum prępositur: apud grẽcos quidem fere omnibus:excepto uocatiuo. Apud nos uero accusatiuo soli: uel ablatiuo:ut ad uos:in nobis. Vnde mecum tecum secum nobiscum uobiscum :non accipienda sunt composita:quomodo nec quocũ: quacum quibuscum: & similia. De accentu autem in libro qui est de pronomine sufficienter dictum est. Nomĩbus uero prępositiones addũtur tam per appositionẽ ꝗ per cõpositionem:per cõpositionem quidem quę fit in nominatiuo:cuius seruant compositionẽ etiam obliqui : ut indoctus.indocti indocto indoctum indocte . Per appositionem uero supradictis duobus obliquis casibus,uerbis uero:& aduerbiis per solam cõpositionem adiunguntur prępositiones:Participiis autem tam secundũ uerbi compositionẽ ꝗ secundum nominis appositionem:ut perlegens a perlego:efficiens ab efficio:ad legentem:a legẽte:ut ad puerum a puero. Sciendum tamen ꝙ recta ordinatio exigit:ut pronomen uel nomen prępositum uerbo:ut ego & tu legimus. Virgiliꝰ & Cicero scripserũt.Quippe cum substantia & persona ipsius agentis uel patientis:quę per pronomen uel nomen significatur: prior esse debet naturaliter ꝗ ipse actus:ꝙ est accidens substantię:licet tamen & prępostere ea proferre aliquem auctorum usurpatione fretum. Et prima & secunda persona uel in se reciprocantur : uel in alias diuersas transeunt:cum non absolutis uerbis adiunguntur. In sese qui demreciprocantur:ut misereor mei:misereris tui: noceo mihi:noces tibi:laudo me:laudas te. In alias uero diuersas transeunt:ut misereor illius:misereris mei. noceo tibi: noceo illi : laudo te : & laudas illum. Tertia uero persona : non solum eadem patitur : sed etiã in aliam tertiam extrinsecus potest transire. Quippe cum diuersę in ea possũt esse personę:quod & in prima & in secũda nõ inuenit.Quippe cũ sint finitissimę:& uocibus unicę:ut iste accusat illum:& ille hunc : & ĩ se reciprocatur eadẽ:ut ille accusat se.Prima autẽ in aliã primã trãsire nõ potest:nec secũda in aliã secundam:scilicet quia nec possũt esse diuersę primę & secundę:sed uel ĩ se reciprocãtur ut dictum est:uel trãsit prima in secundã uel tertiã:& secũda in primã uel tertiã:ut uideo te:& uideo illum:& uides me & uides illũ. Tres igitur personę eãdẽ quidem constructionem habent reciprocã unam:ut prosum mihi:prodes tibi:prodes illi. Transitiuam uero prima quidẽ & secunda persona ad binas ꝑsonas : ut prosum tibi:prosum illis:prodes mihi:prodes illi. Tertia uero ad tres superat enim hac una:ꝙ tertia in aliam tertiam trãsitiue profertur:ut ille prodest mihi:prodest tibi:prodest isti.

Mecum · Nobiscũ
Tẽcum
Secum Vobiscum

·f. acc. & abl.

De constructione deriuatiuorũ secũdum personam.

POssessiua tamen quia duas cõtinent personas: idest possessoris: & possessionis: necessario tribus constructionibus ordinantur cũ eo: primitiua duas habeat: reciprocã: idest sui passã: quã greci ἰλιοπαθῆ uocant: & transitiuam. Sui passam: ut uideo memet. Transitiuam: ut uideo te uel illum. Possessiua uero modis construuntur tribus cum uerba a possessore in possessionem: & a possessione in possessorem: uel extrinsecus transferantur a possessore in possessionem: ut doceo meum filium doces tuum discipulum: docet ille suum auditorem. A possessione uero i possessore: ut paret mihi meus filius: paret tibi tuus cliens: paret illi suus seruus. Extrinsecus: ut doces tu: uel docet ille meũ filiũ: doceo ego: uel docet ille tuum filium: doceo uel tu suum illius filium: sed melius hoc ꝑ retrãsitionem fieri dicitur: ut rogat me ille ut doceam suum filium. Cũ enim suum sit relatiuum: exigit ut prius cognoscatur persona sui possessoris: ad quem refertur. Et sciendum ꝙ omnia illa possessiua possessoris quidem personam secundum primitiuum significant. Possessio uero ipsa tertię est personę: ut meus tuus suus: quomodo & nomina quibus coniunguntur: ut meus pater: tuus filius. Excepto uocatiuo: qui solus in primę personę possessiuis inuenitur: cum secundę copuletur personę: ut o mi pater: o mea tu: o noster chremes. Omnia tamen possessiua in genitiuos primitiuorum etiam uerbis sociata possunt resolui: ut amicũ meũ moneo: pro amicum mei. & euandriũ filium Turnus interfecit: pro Euandri filium: & Daunius filius ab Aenea uictus est: pro Dauni filius. Hoc autem interest inter possessiuum pronomen meus tuus suus: & primitiuum mei tui sui: ꝙ uoce possessiui genus & casus & numerus ipsius possessionis ostenditur. Et substantiã quidem uerba possessiuis coniuncta: ad possessores referuntur: ut tuus sum filius: meus es pater: suus est illi seruus: in una eademq; persona possessor simul & possessio intransitiue intelligi nõ potest nisi figurate dicat aliquis: meus ego sum seruus & dominus: & similia. Persius. Vindicta postq̃ meus a prętore recessi: & Euripides ἐιὸ λὲμόσ εἰμί. Sin autem aliquibus uerbis ea sociamus ad ipsarum possessionum actum uel passionem pertinentibus, necesse est cũ in prima: & in secunda esse persona intelligantur: Primitiua quoq; eis ꝑnomina adiungi: quomodo etiam nominibus: ut tu me? filius legis: ego tuus pater doceo: & tu Virgilius doces: ego Priscianus doceor. In eis enĩ constructionibus uerba quę nõ substantiam significant ad ipsas possessiones non ad possessores pertinent: idest quando nominatiuis possessiuouorum adiunguntur uerba. Sin autem in una eademq; persona uerbum obliquo coniungatur pronominis casui: necesse ẽ reciprocationem: idest sui passionem fieri: & eandem personam agere aliquid in se simul: & a se pati: ut misereor mei: inuideo mihi: incuso me. Et sciendum ꝙ greci quidem

Lauret. 197

Lauret. 197

Lauret. 202 198

Retransitio

Lauret. 198

Lauret. 202

Lauret. 197

Lauret. 197

Lauret. 197

Retransitio & reciprocatio mq differant hinc colligit

sui potitur:sibi indulget. Vel per retransitionē:ut hortatur me ille ut sui potiar:rogat te ille ut sibi indulgeas. Possessiuis uero cum in ea possessiuorū fiat transitio:ut sui serui miseretur:& suo seruo prodest:& suum seruum diligit. Nec aliter tamen potest supradictū possessiuū tertię persoę construi cum aliis extrinsecus personis nisi per retrāsitionē: quomodo & primitiuum eius:nisi prius a possessore eius proficiscatur in aliam uerbi personam. Et sic ab illa rursus ad possessionem tertię:sicut & ad se: ut rogat me ille:ut suus seruus ministret mihi uel tibi:precat ut sui patris miserear:petit te ut suo profis filio:obsecrat Cicero Varronē ut suū erudiat natū. Et notandū q cū a tertia in tertiā fit retransitio personā:ī dubiū uenit possessio:ad quā pertineat ea:ut rogat iste illū ne suo noceat filio. Ambiguū est cuius suo filio:istius an illius:idest rogantis:an eius qui rogat:quomodo & apud grecos: παρακαλεῖ πλάτων ἀριςοτέλην τὸν ἑαυτοῦ δοῦλον ἐλέησαι:dubium fit utrū Platonis:an Aristotelis suū.

/. idest rogat plato aristotele ut sug seruū misereatur

¶ De secunda differentia pronominum possessiuorum tertię personę ad alia possessiua.

OMnium possessiuorū tam nominū q pronominū per quēcunq casū plato loco licet genitiuis uti primitiorum:ut Euādri filio p euādrius filius:& Euādri filii: p Euādrii filii:& Euādri filio p euandrio filio:& Euādri filiū pro euādriū filium:& euandri fili : pro euandrie fili:& ab euandri filio:pro euandrio filio. Similiter per oēs casus tam singulares q plurales:licet tā pronoibus q nomibus uti. Itaq licet genitiuos quorūcunq casualiū cū possessiuis per quēcūq casū prolatis coniūgere:ut mea causa labora:& illorū.meū patrem honora:& Catonis.tuo patri pare & fratris.tuum imperatorę & cōmilitonū sequere. o noster & fratris mei pater.sua ille confidit & patris uirtute. Similiter figuratur cōstructio in omnibus possessiuis. Terentius ī andria. Meo studio atq hospitis Est tamen aliqua differentia ad genitiuū primitiui in possessiuo tertię personę:cuius nominatiuo tūc utimur:quādo ad suum possessorē possessio trāsitionem facit:& non ad alium:ut indiget illius:uel Ciceronis suus filius pręstat illi uel Ciceroni suus filius:uidet illū uel Ciceronē suus filius. bene meretur de illo:uel de Cicerone suus filius. Similiter passiua quę a possessore solo noīnatiuū possessionis exigūt:ut amatur ab illo:uel a Ciceronē suus filius. Necnō tamen tam noīatiuo q aliis casibus possessiuis licet uti cum possessorem ostendimus extrinsecus faciētē trāsitionē ad aliquā aliam personam:pro sua possessione :ut rogat me ille ut suus legat apud me filius:& ut suus doceatur a me filius:& sui miserear filii: & ut suo donem filio :& ut suū sequar filiū:& ut suo potiar filio. cū in possessiuis primę & secūdę personę licet etiam non possidētes cōstruere sic:accusas meū filium:misereor tui filii:inuidet ille meo filio. Discretionis quoq causa : uel abūdantię solet cū genitiuo possessoris addi nominatiuus possessiui:

Meo studio atq hospitis

Excerpta omnia ad uerbum usq ad finem capitis a Laurentio Valla

ut suus est Homeri mos:intelligitur non alterius. & suus Ciceronis filius heres est patris cōstitutus. suus dicit ad discretionem illius:qui secundus legem suus non est. idem sub potestate patris legitimi non est. Q autē suus p uniuscuiusq pprio accipitur cōfirmat Virgilī georg. Molles sua thura sabęi. Terentius in phormione. Quot homines tot sensus:suī cuiq mos est Sin autē in possessionem fit a possessore transitio: obliquis possessiui utūtur:ut Cicero miseret filii sui. prębet suo filio. aspicit suū filiū. potitur suo filio. Sin extrinsecus:fit transit in possessionem tertię persōę: sufficit genitiuo uti ipsius possessoris:ut misereor filii Ciceronis . accuso filiū Ciceronis. potior filio Ciceronis. Licet tamen addere etiam possessiui casus cōsequentes:uel discretiōis causa:uel abūdantię:ut egeo īgenio sui Ciceronis. benedico īgenio suo Cicerōis. & similia. Illud quoq sciēdū q cū in aliis possessiuis liceat genitiuo uti primitiuo:pro omni eorum casu:qd ostendimus. In hoc quoq possessiuo pnomine tertię personę quomodo in aliis tūc utimur cū ipse possessor aliquid agat in possessionem suā: & cū ī aliā personā trāsitū ostēdat facere p sua possessione: ut amat ille suū filiū:& amat ille sui filiū. bn dicē suo filio: & bn dicit sui filio. petit a me ut prosim suo filio:& ut prosim sui filio. Si ipsa tamen possessio in possessorem facit transitionem:non est cōgruum uti primitiui genitiuo possessiuo:quia uim habet compositi grēci:ut Ciceroni reddit suus filiī. non satis cōmode pro hoc dicitur:Ciceroni reddit sui filius: nec Ciceronē laudat sui filius: p suus filius. & similia. Quia nec apud nos:nec apud grecos bn dicit: κυκέρωνα φιλεῖ ὁ ἑαυτοῦ υἱός: nisi more attico p simplici accipiatur. Et sciendū q primitiuū eius tam singulare q plurale est: licet in possessiuo & unū & plures possessores eius intelligere pro significatōe genitiui:ad possessorem pertinentis:ut suus illius filiī. & suus illorū. Nec mirum si per retransitionem romani utūtur his pronoibus:idest sui. sibi. se. a se. & eius possessiuo:ut ostendimus. Necnon si ad coniunctionem sui etiam in alias personas aliquid agat:ut uocat me ad se. ducit te secū . trahit omnia in se:uel cum transitū fit in aliquos sibi coniunctos:ut ille miseretur eorum:qui secū uiuūt:uel sibi parentum in secum degentium. dat sibi fauentibus. incusat secum certantes. inuidet se indigentibus. Et uidētur hęc omnia possessiuorū uim habere. & similia. Nec īcongrue uidentur huiuscemodi constructionē habuisse:cū attici quoq soleant cōpositis in huiuscemodi uti constructionibus. Xenophō: ἀπονέμων ἑμαυτόν primo. G. Q autem etiam genitiuo uel datiuo:qui loco sit genitiui possessoris:bene additur etiam possessiuum:ut supra diximus:non solū nostrorum: sed etiam antiquorū usus cōprobat. Virgilius ī bucoli. Et me phoebus amat : phoebo sua sēp apud me Munera sūt lauri:& suaue rubēs hyacinthus. Terentius in adelphis. Suo sibi hunc gladio iugulo. & Plato ī timęo. G. Et quod mirum est hoc ipsum ἑαυτῶν etiam primę & secundę

Suus est homeri mos

Nō bene dicitur apud grecos · κυκέρωνα φιλεῖ ὁ ἑαυτοῦ υἱός

ἑαυτῶν · primę & secundę adsumptę apud grecos

t 2

/. Nisi more attico pro simplici accipiatur. Aut Aristophanes in πλούτῳ · πῴθῳ δ' ἑαυτὸν συμπαρακολουθεῖν οἴκαδε ἀντὶ τοῦ ἐμέ ·

adiungũtur personę apud illos:ut ἑαυτοῦσ ἡμεῖσ λίαλομεν.ἑαυτοῦσ ὑμεῖσ ἀγαπᾶτε. ἑαυτοῦσ ἐκοῖνοι ὠφέλησαν. Demosthenes ἑαυτοῦσ ὑμεῖσ βλάπτετε:pro quo nos dicimus:meũ propriũ & tuum,proprium.dicit tamen & suum propriũ illius ut non putetur abũdare suum: sed indubitabile discretionem significare.Illud quoq; notandũ q̃ tertię psonę possessiuũ ad innumerabiles:ut diximus:refert personas possessorũ quippe cum ad omnia tertię personę pronomina:& ad omnia nomina & participia potest referri:ut suꝰ illius.suus istius.ipsius.huiꝰ.eius.suus Virgilii uersus.sua dicentis diligentia.Primę autem personę possessiua & secũdę:non egent per se prolata adiectione alicuiꝰ genitiui:cũ uim genitiui finiti in se habeant.Quomodo nec suus eget genitio sui primitiui: quem in se possidet:sed extrinsecꝰ alteriꝰ uocis propter multitudinem tertiarũ personarum ad quas necessario & primitiuũ sui:& possessiuũ ipsũ refert. vtraq;.n.relatia sũt.Nam meus & tuus:nisi ad suorũ primitiuorũ quę tũ demonstratia non intelligũtur genitios.Itaq; extrinsecus genitis nõ eget.

Lanti 202

sunt

¶De differentia genitiui primitiui & possessiui.

Quęritꝫ quę sit differentia inter genitiuũ primitiui:& possessiui: mei tui sui nostri & uestri.Et quantũ quidem ad uocẽ nulla.quantũ uero ad sensũ hęc est differentia:q̃ genitiuꝰ primitiui simplicem possessionem significat.possessiui uero duplicem.Si enim dicã mei est seruus:pro meus est seruus:simplicem demonstro possessionem. Sin autem dicam:mei est filii seruus:duplex ostenditur possessio :mea quidẽ in filio:filii autem in seruo.Frequenter tamẽ etiam sine nomine licet huiusmodi possessiua proferre.Et maxime cũ de dominis uel coniugibus: uel amicis mentio fit:ut Terentius in andria.Cuius hic puerũ apposuisti.uestri:cuius nostri?Intelligitur enĩ domini uel herilis filij.Idem ĩ eadẽ Cur meam tibi: subauditur coniugem uel sponsam.Idem in eunucho.O mea tu:subaudiendum est amica:uel soror.Et omnibus maritis mos est de uxoribus suis dicere mea.& inuicem uxoribus de suis maritis:meꝰ dicere per defectionem nominis.Et primitiuorum quidem genitiuꝰ per se profertur:non egens alterius genitiui:ut mei filius ambulat.tui filium uideo.mei misereris.tui miseretur.Nã & ad omnem numerum genus & casum bene construitur primitiui genitiuus.Possessiui uero genitiuus eget semper alterius genitiui:hoc est eiusdem numeri:& generis.Mei filii miserere.tui filii misereor:sui filii miseretur ille:nisi per eclipsim quomodo prędiximus proferatur:& non solum genitiuo primitiui pro omni casu possessiui licet uti:ut mei ager:pro meus ager.& mei agrꝫ pro meũ agrũ & nostrũ uel nostri filius uel filium:pro noster filius:uel nostrũ filium.& similia ut ostendimus:sed etiã ipsorũ possessiuorũ genitiuꝰ cum omni casu secundę possessionis:idest quę a possessione possidet põitur:ut si uxor loquens de agro mariti sui:uel de alia re dicat.iste ager mei est τοῦ ἐμοῦ

Terẽt
Terẽt.
Terẽ.

Errat

Lanti 5

semine mei,pregnans sum.prolem mei diligo.thalamis mei caste pareo. Nec aliter potest duplex possessio cõstrui sine genitiuo possessiui. Apud grecos etiam articulus huic cõiunctus discernit ambiguitatẽ τοῦ ἐμοῦ ἀνδρός,ἡγησιτοφόρος.Quo deficiente latini auctores sepe faciunt questiones:ut Lucanus in quarto.Ac repulit estus fortior oceani. ἰσχυρότερος τοῦ ὠκεανοῦ.Idem in primo.Et tharanis scythicę non mitior ara diane.τοῦ θησαρτέμιδος.Similiter dicitur minor uiginti ãnorũ ἥττων τῶν εἴκοσι ἐτῶν.Nec mirum tãtã uim in possessionibus habere genitiuos:cum in compositis quoq; immobilis maneat idem casus: nesi declinetur significatio quoq; eius euanescat:ut tribunus plebis.plebiscitum.senatusconsultum.Et si a duobus sit genitiuis:uterq; manet indeclinabilis: ut huiusmodi.istiusmodi.illiusmodi:quę tam cõposita q̃ separata omnibus adiunguntur casibus.

Lucanus
Lucanus

f.1. cum apud latinos deficiat

¶De genitiuo primitiuo & possessiuo tertię personę.

Qui quando est primitiuũ:nominatiuũ ut diximus non habet:q̃ necesse est ad aliquem aliũ nominatiuũ tertię referri psonę hoc pronomen:& quia transitiuoꝫ seruat constructionem.Nam uel in se reciprocatur:idest ipse in se aliquid agere ostenditur:aut pati ipse a se.In quo necesse est obliquum aliquem poni casum:ut miseretur sui.parcit sibi.accusat se.potitur se.Uel per retransitionem aliquam:ut prędictũ est construitur:idest quando ab ipsa in aliam fit retransitio personam:& ab alia in eam retransitio:quę similiter obliquũ exigit:ut rogat me seruꝰ: ut miserear sui.petit me amicus:ut sibi prosim.cõmouet me inimicus:ut se accusem.hortatur me uirtus:ut se potiar.

Reciprocatio

Retransitio

¶Hic intendit cõparare pronomina greca & latina ad inuicẽ.

Et sciendum q̃ quomodo cõposita pronoia apud grecos:nominatiuo carentia omnimodo in actu sunt:& hic actus uel ad easdẽ personas reciprocatur:idest reflectitur:uel ad possessiones earũ Itaq; necessario uerbis copulantur:in quibus nominatiuus eorũ intelligitꝫ ut ἐμαυτόν οἰκτείρω.τόν ἐμαυτοῦ υἱόν οἰκτείρω. σαυτῷ μέμφη. σαυτοῦ υἱῷ μέμφη. ἑαυτόν τύπτει.τόν ἑαυτοῦ δουλον ἔτυψεν. Sic apd nos ĩ hoc,pnoie necesse ẽ filii:ut sui miseꝫ.uꝫ filiũ sui miseꝫ. Aut cum prius ꝗbũ a tertia proferatur persona transitiuę in aliam personam: & iterum per retransitionem ab illa in eandem actus aliquis referatur: ut supra ostendimus.Rogat me ille ut ad se ueniam.petit te ille : ut sui misereris.rogat Turnus Aeneã ut sibi parcat.Necesse est enĩ obliquos casus ad nominatiuos referri interpositis uerbis.Actũ quidem ad nominatiuos. passionem uero ad obliquos reddentibus:ut Cesar uicit Põpeũ. ego te diligo.Passio uero facta per obliquos actiuo cõiunctos uerbo transfertur in nominatiuum pertinentem:ad ipsam quę patitur personã passiuo coniunctũ uerbo.prędictũ uero nominatiuũ qui ad agentẽ pertinet

t 3

transfert in ablatiuũ:ut Cęsar uicit Pōpeiũ. Vincitur Pōpeius a Cęsare
Ego diligo te.tu diligeris a me.Et gręci quidem composita inuenerũt,p/
nomina:idest ἐμαυτοῦ.σαυτοῦ.ἑαυτοῦ.quibus utuntur quando eadẽ
persona in sese uel in suam:ut dictum est possessionem facit aliquid: quę
ἰδιοπαθῆ:uel ἀνταν́άκλασρα uocant:idest sui passa : uel a se patien/
tia:siue refractiua translatiue a corporibus quę in se refringuntur. Sipli/
cia uero ἀλλοπαθῆ nominant:idest extrisecus passionem facientia:uel
patientia:ut doceo te.doceor a te.Nos autem quomodo ostendimus supe
rius:simplicibus quidem pro utrisq; utimur:tam in prima q̃ in secunda
persona:secũdum homericam:ut supra dictum est:consuetudinem.In ter
tia uero persona: idest sui.sibi.se a se:qd' illi seruant in compositis seruа/
mus:q̃uis hoc quoq; sit simplex:itaq; & nominatiuo caret sui:quomodo :
ἑαυτοῦ:& omnino uerbo copulatur: ꝓ eius uicem compleat nominati/
ui:ut sui eget.sibi nocet.se incusat.Sed i huiuscemodi qdẽ ꝯstructōe:idest
quādo ipsa in se:uel in possessionem suam agit pro composito gręco ,p/
nomine:idest ἑαυτοῦ.ἑαυτῷ.ἑαυτόν accipitur:vt sui eget.ἑαυτοῦ λεῖ
ται:sibi indulget:ἑαυτῷ ἢ ἑαῦτόν χαρίζεται.sui seruũ uendit:ἑαυτοῦ
δοῦλον πωλεῖ.Quando uero extrinsecus actus in cũ aliqs fieri signi/
ficatur pro simplici gręco:idest ἀυτοῦ.ἀυτόν accipit. Nec aliter tamen
hoc fit nisi prius a tertia persona uerbum aliquod:ut diximus proficiscat
ad aliam extrinsecus personam:& sic ab illa per retransitionem ad eam
reciprocetur aliud uerbũ:ut rogat me ille ut ad se ueniam:petit te ut sibi
des.hortatur milites imperator ut se largo potiãtur. Illa quoq; uerba quę
tertię persone acquisitionem aliquam significant: q̃uis nec sui passione;
nec retransitione habeant supradicti pronois casibus frequentur constru
unt:ut auget ille substantiam sui.defendit Brut? sibi libertatem.videt si
le similem sui:vel sibi hominem.ducit secũ Aeneas Achatem.Q̃uis si
quis hoc quoq; altius ispiciat:sui passionis & possessionis uim aliquam
ostendere:ea etiam inueniet.Itaq; apud gręcos quoq; cũ compositis pro/
nominibus proferuntur ἐποίησε ἑαυτῷ φίλον. Prętera sciendũ ꝓ illud
quoq; qd' apud grecos dicit per solos obliquos cōpositũ casus. ἀλλήλων
ἅπτονται.ἀλλήλοισ πλοῦτον παρέχουσιν.ἀλλήλουσ φιλοῦ/
σι.Necessario iuicem actũ:& passionem alterius i alteram personã uno
eodẽq; casu significat:nec potest nomiatio proferri:sed habet ei? itellectũ
i ipso verbo .Nostri ꝯo frequenter pro accusatio huiuscemodi constructō
nis,accusatis utũtur antecedente iter omniũ personarũ pluralib? :vt Te/
rentius i adelphis. Video amare iter se φιλεῖν ἀλλήλουσ.Idem i eadẽ
Age iepte quasi nũc nō norim? iter nos:pro γνοῖμεν ἀλλήλουσ. Vir/
gili? i vndecimo. Conuersiq; oculos iter se atq; ora tenebant:iter se πρό/
σ ἀλλήλουσ.Sępe tamen explanandi causa adiicit iuicem:nec solum
boc i tertia:sed in prima:ut ostẽdim? fit:& secũda psona plurali.Quippe

ἰδιοπαθῆ vel ἀνταν́άκλασρα.
ἀλλοπαθῆ
ἐποίησε ἑαυτῷ φίλον
ἀλλήλων
ἀλλήλοις
ἀλλήλους
Terent
Terent
Virg

quę possunt in se diuersas colligere personas:ad imitationem gręci pro/
nominis:quod caret nominatio:simili utitur constructione:ut ego & tu.
nosmetipsos inuicem amamus inter nos.tu & ille inuicem amatis inter
uos.aliis autẽ casibus sine iter qd' accusatiuũ exigit:utimur addẽtes iuicẽ
ut ego & tu nostri inuicem miseremur ἀλλήλουσ ἐλεοῦμεν. Tu & il/
le inuicem uobis indulgetis:ἀλλήλοισ χαρίζεθε.Iste & ille iuicem se
potiuntur:ἀλλήλοισ ῥωνύουσιν Q. si non addatur inuicem dubita/
tio fit utrum per sui passionẽ singulę i se agãt:an alta i alterã.Si dicã iste
& ille se amant:fit.n.utrũ ἢ τοῖ ἑαυτούσ ἢ ἀλλήλουσ significet. Et
in prima quidem persona licet per conceptionem secũdam assumere : &
tertiam:vt ego & tu legimus.ego & ille scribimus. A secta uero pria cōci
pi nō potest:tertia autem potest:ut tu & ille uosmetipsos lęditis. Q̃ue/
ritur cur pronomina patrię a solis pluralibus :tam apud nos q̃ apud grę/
cos ἡμεδαπός & ὑμεδαπός deriuatur. Ad qd' sciendum ꝓ idem a
solis pluralibus fiunt:quia patria ad plures pertinet:non ad unum.Et sci
endũ ꝓ quomodo pronomina quę finita sunt habent & patria & posses/
siua:ut meus.tuus.suus.noster:& uester.nostras & uestras.Sic etiaꝫ nomẽ
infinitum quis uel qui habet apud nos non solum patriũ cuias:quomodo
a pud grecos πολαπός :sed etiam possessiuum:qd' tam rnterrogatiuuꝫ
esse potest:q̃ relatiuum:vt cuius cuia cuiũ.Sed huius masculinum in fine
acuitur differentię causa. Q. autem tam interrogatiua q̃ relatiua possũt
esse:quomodo & primitiua eorum :usus comprobat. Virg in bucolicis in
terrogantem protulit.Dic mihi damoeta cuium pecus!an meliboei! Te/
rentius in eunucho.Quid uirgo cuia est!Idem in andria.Quid eam! suã
ne esse dicebat!non.cuiam igitur! Cicero uero in verrinis de prefectura
urbana relatie posuit.Eadem cuia res est.cuiũ periculum.Et necesse ẽ om
nibus ea grauari syllabis quādo sunt relatia:quomodo & primitiua eorũ
relationem significantia.

De cōstructōe ,pnominũ secũdũ obseruationes cōmunes.

PRonomina quasdã habent proprias obseruatiōes:singula quas/
dam cōmunes:tam cum aliis pronominib? q̃ cum quibusdam
partibus orationis.Cum de propriis maxime singulorũ superi?
dictum est:nunc de cōmunibus dicamus. Ipse additiuũ:vel appositiuum
dicit:qd' Apollonius ἐπιθεματικόν nominat:non ꝓ solum hoc prono
men:aliis pronominibus:uel etiã nominibus apponit:sed ꝓ frequentius
q̃ alia:vt ego ipse.tu ipe.ille ipse. Virgili? ipse.Cicero ipse.Inueniunt.n.
alia pronomina appositia:idest ἐπιθεματικά. Virgilius.Ille ego q.quō/
dam gracili modulat? auena.Idem in bucolicis.Nec tuus hic moeris:nec
uiueret ipse menalcas.Idẽ in vi.ęneidos. Tu ne ille ęneas:quem dardãio
anchise:Alma uenus genuit phrygii simeontis ad undam . Per excel/
lentiam igitur hoc pronomen:idest ipse quasi proprium:quod ẽ multoꝫ

t 4

Virg
Terentius
Terentius
Cicero
Virg.
Virg.
Virg.

ἡμεδαπός, nostras
ὑμεδαπός. Vestras
πολαπός
cuius · masculinum acuitur · differentię causa ·
cuius · cuia · cuium grauatur omnibus syllabis quando est relatiuum ·
Cum ipse · pronomen · ἐπιθεματικόν voceturab apollonio alexandrino

commune appositionis nomen possidet. Et sciendum q̃ pronominũ oẽs tertię personę possunt per supradictã figuram apponi primę & secundę personę: excepto sui sibi. se a se. prima autẽ uel secunda persona: nec sibi inuicem: nec tertię possunt apponi. Nemo dicit ego tu es: uel tu ego sum nec ego ille facit: uel tu ille facit. Ille autem ego facio: & tu ille facis dicit. Nam idem appositũ est quod apponitur illi ad quod uerbũ reddit. Græci quoq; primitiuã tertiam personã: & ex ea compositaz: idest ὅσ. ὅυ. ὅι. ἑαυτοῦ. ἑαυτόν. ἑαυτῷ. Secundę & primę personę non apponunt: quomodo nec nos sui: quod uim tam simplicis primitiui tertię personę græci q̃ compositi possidet apud nos. Pluralem tamẽ cõpositam tertiam: quia non habent cõposita a pluralibus primę & secundę personę: necessario adiungunt & primę & secũdę personę: ut ἑαυτούσ καλοῦμεν: pro ἡμᾶς αὐτούς. ἑαυτοισ ὦ φέλεῖ τε: pro ὑμᾶς αὐτούς. Nos autẽ nec in plurali numero possumus apponere primę & secundę personę: supradictum tertię personę pronomen: idest sui sibi. se a se: quia & singularis ẽ uox quę nec apud græcos apponitur primę uel secundę psonę. Nec apud nos q̃uis etiam pro plurali accipiatur. Et quomodo simplex singulare accipimus: etiam ꝑ composito ꝑ omnes psonas. Sic etiam simplex plurale: ut mei cã facio: ἐμαυτοῦ χάριν ποιῶ. & mei causa facis. & mei causa facit. & nostri causa facimus: ἑαυτῶν ἕνεκα ποιοῦμεν. Nec mirũ diuersas aliquãdo psonas figurate inter se copulari. Cum etiam diuersos casus est ubi bene coniungimus: vt in illis quę ex generalibus in specialia: vel ex pluribus in singularia distribuũtur: vt animalium quędã sũt mortalia: quędam immortalia. litterarũ alie sũt uocales: alię consonãtes. Trium Saturni filiorũ: unus in cęlo: alter in mari: tertius apud inferos regnat. Non. n. bene dicitur: animalia pars est mortalis: pars est immortalis: nec tres Saturni filii: unus in cęlo: alter in mari: tertius apud inferos regnat. Q̃uis Homerus poetica auctoritate dixerit. G. quomodo & alii quidam: tam apud græcos q̃ apud nos. Cũ autem non fit distributio: bene utimur nominatiuis: ut litterę sũt notę uocum: vel cum uerbũ ad id qd̃ distribuitur: non ad ea quę distribuunt̃ redditur: vt homines opportuni sunt: alii quidẽ ad pacẽ: alii uero ad bellum: & hoc quidem: quia in plurale distribuit̃ a cõmuni uerbum hẽt. Sin uariaueris numerũ: quod prędiximus manifestatur: vt Virgilius in bucolicis. Cur non mopse boni quoniã cõuenimus ambo: Tu calamos inflare leues: ego dicere uersus. Potest tamen & singulare pluralem significationem habens: uel in singularia uel in pluralia supradicto modo distribui: & eandem constructionis seruare rationem: ut gentis romanę ps fuit fortis: pars sapiens: vel gentis romanę: alii fuerunt fortes: alii sapientes vel gens romana fuit: alii fortes: alii sapientes. Liuius. xli. ab urbe condita. Periti religionẽm: iurisq; publici: quãdo duo ordinarii consules: eiꝰ anni: alter morbo: alter ferro periisset: suffectum consulẽ negabãt comicia

/. contrarium mihi videor meuisse in ysocrate/qui in oratione quæ inscribitur bisiris sic inquit 'ἰσως δὲ μεν δοκεῖ τὸ προσῆκον ποιεῖν ἐπιλαμβάνομαι τῶν ἀρχαιοτέρων μεν διδάσκειν ἐστὶ δὲ μίμησις τῶν ἑαυτοῦ. nisi mẽ dasit pro ἑαυτοῦ. & αὐτὸν videtur posuisse pro ἑαυτὸν idem in oratione πρὸς φίλιππον βασιλέα. his uerbis usus sum ὁσῶν ἐφ' ἑαυτῶν τὴν ψυχὴν ἡδονῶν ἀπολαύειν μεν ἀναγκαῖον ἑαυτὸν δὲ βουλόμενοι σε πρὸς ἀρετὴν

/. γραες ἀπὸ κοινοῦ

habere posse. Ecce hic auctoritatem Homeri secutus nominatiuũ posuit pro genitiuo eius: duo ordinarii consules: pro duorũ ordinariorũ consulũ. Ad distributa enim reddit verbũ: non ad coniũcta. Ex diuersis quoq; casibus solent deriuatiua simul & cõposita fieri: vt a medio & terrę: mediterraneus: & a medio amnis: mediãna: a causa dicendo: causidicus. a uana & loquendo uaniloquus. & similia: quę ex simplicibus deriuata simul: & composita sunt. In huiuscemodi tamen deriuationibus frequẽter inuenis transitionem etiã ex alia in altera fieri genera: vt hęc manus: hic ecẽti manus gigas: hic sanguis: hic & hęc exanguis & hoc exangue. hoc caput hic & hęc & hoc triceps. hoc cor: hic & hęc & hoc uecors. hęc mẽs: hic & hęc amens. demens. hęc arma: hic & hęc inermis: & hoc inerme: inermus mamum. Plurima similiter composita ex diuersis generibus: uel casibus: uel numeris: in alia per deriuationem transeuntia iuenis. Nihil igit̃ mirum tertias quoq; personas ꝑnominũ tam primę q̃ secundę figurate adiũgi: quomodo superius ostendimus.

¶ De constructione omnium partiũ orationis.

PArtium orationis: quędam habent inter se generaliter sibi accidentia: idest numeros: & casus: & genera: vt nomẽ: pronomẽ participium. Quędam personas & numeros: ut uerbum: & ꝑnomẽ. Quędam tẽpora: ut uerbũ & participiũ. Quędam nihil ex eis: ut prępositio. aduerbiũ. cõiũctio. & iteriectio: quę nec declinatõem aliquam habẽt. Quę sũt igitur declinabiles cum ex propriis figuratiõibus ad cõuenientes supradictorum numerorum: uel generum: uel casuum: uel personarũ: uel temporum cõsequẽtias accipiunt̃ ĩ oratiõis cõstructiõe: idest depositione ad aptam cõiũctiõem referri deberent: utpote singulare ad singulare: & plurale ad plurale: cum ad unam eãdemq; refertur personam ĩtrãsitiue: vt ego Priscianus scribo ĩtelligens: & nos oratores scribimus ĩtelligẽtes. Cum. n. trãsitiua sũt uel refractiua: licet diuersis uti numeris: ut docemus discipulum: docemus discipulos. doceo discipulum: doceo discipulos accuso uos: prosum uobis. Eadem ratio est in generibus: vt bonus homo. & iustus: & rectus est ille. bona mulier: & casta: & pudica est illa. boni homines: & iusti: & recti sunt illi. bonę mulieres: & castę: & pudicę sũt illę. Similiter & ĩ casibus. mei dolẽtis ipsius misereor. & illius uel tui dolẽtis misereor. teipsum legẽtem: & meipsum ĩtelligẽtem sẽtio. Cũ igitur ad unã eãdemq; personam: & casus: & genera: & numeri referũtur: supradicta cõsequentia est obseruanda. Variantur autem: ut dictum est: per trãsitões & reciprocatiões nõ solum casus: & numeri: sed etiam & genera: vt illos lędit mulier: & illum lędunt mulieres. Superuacuũ est in re tam manifesta usus auctorũ testimonia proferre. Illud tamen sciendum q̃ per figurã quam græci alothetam uocant: idest uariationem & prolepsim: uel sylepsim: idest perceptionem siue conceptionẽ: & per zeuma: idest adiũctõẽ:

Alothetam
Prolepsin
Syllepsin
Zeugma

σύνταξις
Anthosis

uel concidentiam:quã σύνταξιν greci uocant.Et pręcidentiam:uel pro-
cidẽtiam:idest antithosim:uel numeri diuersi:& genera diuersa:& diuer
si casus:& tempora:& personę:non solum transitiue & per reciprocationẽ
sed etiam intransitiue copulantur:quę diuersis auctorũ exemplis tam no-
strorũ q̃ grecorum:necessariũ esse diximus comprobare. Cõstruunt igit
diuersi numeri:vt Virg.in primo ęneidos.Pars ĩ frusta secant: uerubusq;
trementia figunt. Ad sensũ.n.q.a pars troianorũ plures in hoc loco ĩtelli-
gunt:plurale reddidit uerbũ secãt:quomõ Homerus:ὤσφάσαν ἱππλη-
φύσ.Salustius in catilinario.Interea seruitia repudiabat:cuius rei initio ad
eũ magnę copię concurrebant.Cuius.n.singulare ad rem rettulit. Idẽ cui?
rei seruitiorũ tuchidideo. Terentius in eunucho.Si quisq̃ est qui placere
se studeat bonis q̃ plurimis:& minime multos lędere.In his poeta hic no-
mẽ ꝓfitetur suum.Quisq̃.n.ad multos intelligit:quomõ idem. Aperite
aliquis actutũ.

Virg
Homerus
Salust
Terentius
Terent.
Virg
Virg
Virg
Virg
Virg
Virg
Virg
Lucan
Virg
Terẽ
Virg
Homr

Diuersa genera similiter construuntur. Virgi.in buco.Dulce satis
humor depulsis arbutus ędis:Lenta salix foeto pecori: mihi sol?
amintas. Ad dulce.n.quod est neutrũ:tam foeminina q̃ mascu
lina reddidit.In eodẽ.Triste lupus stabulis:maturis frugibus imbres: Ar
boribus uenti:nobis amarillidis irę.Idem ĩ primo ęneidos.Nimborũ ĩ pa
triam:loca foeta furentibus austris:Aeoliam uenit.Idem in tertio georg.
Sunt & animę uites firmissima uina.Idem in primo ęuei. Thymothoe
simul:& tritõ ãnixus acuto Detrudũt naues scopulo.Lucan? ĩ primo.Hic
leges & plebiscita coactę.Virgili? in octauo. Qualis eram cum prima
aciem preneste sub ipsa Straui.Cum.n.preneste nomẽ oppidi propriũ
neutrum sit:ad intellectũ urbis reddit sub ipsa:quomõ Terẽtius ĩ prolo-
go eunuchi.In eunuchum suaꝫ dixit: ad comoediam referẽs ꝓnomẽ. Vir
gilius in duodecimo.Ditaminum genetrix cretea carpit ab ida:Puberib?
caulem foliis:& flore comantẽ Purpureo:nõ illa feris incognita capris.
Gramina cum tergo uolucres hęsere sagittę:Hoc uenus obscuro faciem
circundata nimbo:Detulit hoc fusum labris splendentibus amnem Infi-
cit occulte medicans:spargitq; salubris. Vide quomodo diuersa genera:
& diuersos numeros:in supradicta figura uariationis auctoritas confun-
dit.Grecoꝫ quoq; auctores frequenter huiuscemodi utunt figurationib?
ut Homerus..αἰθήθηλυσ ἐοῦσα καὶ ὀκνὴν ἐφῆμε Τέρων ὀχέον πλη-
γέντε.ἀντιτοῦ πλαγείσαι.

Diuersi quoq; casus:uel casus pro casibus:figurate tam a nostris:
q̃ a grecis sępissime ponunt:vt Virgilius in ꝓmo ęneidos. Tu
mihi quodcũq; hoc regni:tu sceptra iouemq; Concilias. hoc re-
gni:ꝓ hoc regnum.Idem in ꝓmo. Vrbem quam statuo uestra est: subdu
cite naues:ꝓ urbs quam statuo. Terentius in andria. Dii immortales:
quid turbę est apud foꝫ:quid illic hominum litigant:ꝓ quot homines.

Virg
Virg
Virg
Virg
Terẽ

Non est casus pro casu sed latinitatis quę tam zaleto ut Laurentio placet

Terent.
Terent.
Terentius
Cicero
Cicero
Virg
Virg
Salusti?
Salust.
Virg.
Horatius
Terent.
Terẽtius
Cicero
Virg
Flora
Demost
Terent
Homer?
Terentiꝰ
Virg
Virg.
Terentius
Terent.
Terent
Virg
Terent

Idem in eodem.Ex andro commigrauit huic uicinię:ꝓ in hãc uiciniam.
In eadem.Quas credis esse:has non sunt uerę nuptię.Idem in phormione
Cum eius aduenti mihi uenit in mẽtẽ: genitiuũ posuit ꝓ nominatio. Ci
cero in uerrinarum ꝓmo.Nam ita mihi uelim deos ꝓpitios:ut cum illius
mihi temporis ueniat in mentem.Non solum animo:sed etiam toto pe-
ctore perborresco.tempore illius:ꝓ tempus illud.Idem ĩ secũdo verrina-
rum.Fac tibi ancilię legis ueniat ĩ mẽtem:ꝓ ancilia lex.Virgilius in ter-
tio georgi.Et crurũ tenus a mento paleariа pendẽt:ꝓ cruribus tenus.Idẽ
in octauo ęneidos.Volat hasta tago per tempus utrunq;:ꝓ ĩ tagũ.Salu.ĩ
catilinario.Preter rerũ capitalium cõdemnatis:ꝓ cõdemnatos. Idem in
primo historiarum.Nam a primordio urbis ad bellum Persi macedoni-
cum:ꝓ persis.Virgi.in primo ęnei.Troas reliquias danaum:atq; ĩmi-
tis achilli:ꝓ achillis.Horatius ĩ quarto carminum.Hic dies festus: corti-
cem astrictus pice:dimouit amphorę:ꝓ amphora.Terẽt.ĩ andria.Quid
mei faciam:ꝓ quid de me fiet.Idem in eunucho.Quid illo faciemus:ꝓ il
li.Similiter Cicero in uerrem de prętura urbana.Quid illo:ꝓ illi: mi o
patrone factum est.Virg.ĩ primo ęnei.Parce me tu citherea manent'im
mota tuorum Fata tibi:pro me tui.Idem in secũdo geor.Libra die sõniq;
pares:ubi fecerit horas:ꝓ diei.Hora.ĩ quarto carminũ.Hic dies uere mi
bi festus atras exigit curas:mihi ꝓ a me.Demosthenes.Et nostri hac figu
ra sępe sunt usi:vt Terẽtius ĩ eunucho.Apparet seruum hũc esse domini
pauperis:miseriq;:ꝓ apparet hic seruus.Et aliis tamẽ plerisq; inuenies:
grecorum auctoritatẽ:& maxime antiquoꝫ imitatos latinitatis aucto-
res:quod postea ostẽdit.Homerus.G.huic.Terẽtius ĩ andria.Ita tum di-
scedo ab illo:ut qui se filiam neget daturum.

Quũ illius mihi tem poris uenit in mẽ tem

Diuersa tempora cõstruũt:vt Postq̃ res asię:priamiq; euertere gẽ
tem Immeritam:uisum supis:ceciditq; supbum Ilium:& oís bu
mo fumat neptunia troia:Diuersa exilia:& desertas quęrere ter-
ras Auguriis agimur diuum:classẽq; sub ipsa Antãdro:& phrygię mol-
limur mõtibus idę.Cęcidit est pręteriti:fumat autem & agimur:& moli-
mur pręsentis.Idem ĩ quarto ęneidos.At regina graui iãdudũ saucia cu-
ra Vulnus alit uenis:& cęco carpit igni:ꝓ alebat & carpebat.Et sciẽdum
q̃ tam poetę q̃ psaꝫ scriptores frequent pręsentibus utunt:tam ꝓ prete-
ritis q̃ futuris.Contra autem Varro.Terẽtius in andria.Sed si quid nar
rare occepi:continuo dari tibi uerba censes:ꝓ occipio uel occipiam.Idem
in eunucho.Quę ꝫa audiui taceo:& contineo optime:audiui ꝓ audio:uꝰ
audiam.Idem in phormione.Cur nõ inquã phormio: uides int nos: in-
quam ꝓ inquit dixit:quod ĩ raro est usu.Sic.n.pleriq; solent ponẽ inquã
quod est futuri loco pręteriti uel pręsentis accipientes. Diuersę psonę:ut
Virgilius in secũdo ęneidos.Diuellimur inde Iphitus & pelias mecum.
Terẽ.in andria.Si hic esses aliter sentias.Et nota q̃ sese ostendens dixit.

In qua demonstratiõe ĩtelligitur etiam ego. Liuius. xlvij. ab urbe condita Certare uel pio certamine cuiuslibet bonę artis: & ꝗtutis ausi sumus cuj parentibus quoq; ciuitas suis. Virgilius. Ille ego qui quondã gracili modulatus auena Carmen. Idem in. ii. ęneidos. Queq; ipse miserrima uidi: Et quorum pars magna fui. Idem in bucolicis. Nec tuus hic moeris: nec uiueret ipse menalcas. idem in georg. iiii. Illo uirgilium me tẽpore dulcis alebat Parthenope studiis florentem ignobilis oci Terentius in phormione. Nam ego meorum solus sum meus. Persius. Postq̃ meus a prętore recessi. Nec solum per genera: & personas: & numeros: & casus: & tempora: quę maxie declinabilibus accidũt: de quibus supra ostendimus solent auctores uariare figuras: sed etiam per omnia unicuiq; partium oratiõis accidentia: vtpote nomini accidunt species. genus. numerus. figura. & casus Per eos igitur quinq; modos inueniũt uariationib⁹. i. ἀλλοίωσιν usi auctores ꝑ species. Optima cęlicolum saturnia magna dearum: magna dixit ꝑ maxima: positiuum ꝑ superlatiuo: cum aptissime superi⁹. optia cęlicolum dixisset. & Virgilius in. i. ęnei. Tristior & lachrymis: oculos suffusa nitentes. tristior ꝑ tristis. Homerus. Τόν ἔκτανε λάρδειν ὃς ἀνήρ Dardanus ꝑ Dardanius: primitiuum ꝑ deriuatiuo: vt Virgilius quoq; ĩ quarto ęnei. Hauriat hũc oculis ignej crudelis ab alto Dardanus: ꝑ dardanius. & in. ii. Ipse deos ĩ dardana suscitat arma: ꝑ dardania. Simile est huic & romulus populus. & romula gens ꝑ romuleus: & romulea. De generum: & casuũ: & numerorũ uarietatibus ĩ supradictis ostẽdim⁹. Figurę quoq; alię ꝑ aliis solent ab auctorib⁹ poni: vt Virg. in primo ęnei. Totũq; a sedib⁹ imis Vna eurusq; notusq; ruũt ꝑ eruũt: simplex ꝑ cõposito. Similes inuenies uariationis per omnia cęteris quoq; dictionib⁹ accidentia. Alię quoq; ꝑ aliis partib⁹ uel dictionibus ponũt: vt nomẽ ꝑ aduerbio: vt sublime uolat ꝑ sublimiter: & sole recẽs orto ꝑ recẽter. Et contra aduerbium ꝑ nomine: vt gen⁹ unde latinũ: ꝑ ex quo. Et Cicero ꝑ de iotharo. En crimẽ: en causa cur regem fugitiu⁹ dominũ seru⁹ accuset: cur propter quę: & iuste ꝑ uere: vel ꝑ pro iuste. Et satis ꝑ sufficiẽs. Euripides ἅλις σῆς κόρης θάνατος ἱκανός. Lucan⁹ ĩ primo Tu satis ad uires romana ĩ carmina dãdas. Idem ĩ septimo. Quippe necesse putat ꝑ necessariũ. Homer⁹. G. dixit: quidem satis est multum pro multe. Virgili⁹ ĩ primo ęnei. Multũ ille & terris iactat⁹: & alto Vi superũ: nomen pro aduerbio ponit. Prępositões est quãdo abũdãt: est quãdo deficiũt: ẽ quãdo alię ꝑ aliis ponũt: tam apd gręcos q̃ apd nos abũdãt. πρός πλατάνιςον ὄρουσεν. ἀνίτου. εἰς πλατάνιςον καὶ ταῦ τὄρε ποίουν καλῶς ἐμέ. ἀνίτου. διά ταῦτα καὶ κατά τῆς τραπέζης κατασ πρόσ ἔρχεται πρός ἡμᾶς. Nri quoq; frequẽt utũt hac abũdãtia prępositionis. Terẽtius ĩ andria. Accedo ad pedissequas. Idem ĩ eunucho Nũq̃ accedo ad te: quĩ doctior abeam. In eadem. Elidit ne uir quisq̃ ad

Liuius
Virg
Virg
Virg
Virg
Terent
Persius
ἀλλοιώσιν. i. uariationibus
Virg
Homer
Virg
Virg
πρός ἀντί τοῦ ἄς

eam adeat. Idem in eadem. Adeam ad eum. in eadem. Ad te aduenio ὀυλέποτε προσίημι πρόσ σέ μή τισ ἀνήρ πρόσ ἀυτήν προσέλθη προσέλθοιμι πρόσ ἀυτόν προσέρχομαι πρόσ σέ. Virg. in. v. ęnei. Spacio post deinde relicto Tertius euryalus. μετά ταῦτα ἐφεξῆσ ὁ ευρύαλοσ τρίτοσ ἀνήρ τοῦ μετά ταῦτα ἐνθεῦθεν μετά ταῦτα πρόσ τάσ ναῦσ βαδίζει ꝑ μετά ταῦτα. Virg. in octauo ęnei. Post hinc ad naues graditur: sociosq; reuisit: Prępositões deficiunt: vt Virgili⁹ ĩ. ix. ęnei. Euolat infelix: & foemineo ululatu Scissa comam: muros amens atq; agmina cursu Prima petit: deest cũ ululatu. Home. ἄμφω ὁ μῶσ θυμῷ φιλέουσά τε. Virgi. ĩ quito. His magnum alcidem cõtra stetit: bis ego suetus. bis deest cum. Alię ꝑ aliis ponũt. vt Virgilius in. i. ęnei. Multa super priamo rogitans su ꝑ hectore multa: super priamo pro de priamo. Idem in primo geor. Sub lucem exportant calathis: ꝑ ante lucem. Coniũctões quoq; tam apud nos: q̃ apud gręcos modo abũdãt: modo deficiũt. mõ alię ꝑ aliis ponũt. Abũdant: vt Multa quoq; & bello passus dum cõderet urbem. Hor. in epodo. At o deorum quicquid in cęlo regit terras: & humanũ genus: abũdat at. Deficiũt: ut Virg. ĩ quarto ęnei Ferte citi flammas: date tęla: impellite remos. Alię ꝑ aliis accipiunt: vt Virgilius in secũdo ęnei. Aut pelago danaum insidias: suspectaq; dona Prępitare iubet: subiectisq; urere flammis: pro subiectis ue. Euripides. ὑμεῖσ δέ μ' ἀλλάθυγατρί συμφονεύσατε. ἄλλα dixit ꝑ saltem: ut nostri similiẽ dixerũt. Terẽti⁹ ĩ eunucho. Si nequeas paulo: at quãto q̃as at posuit ꝑ saltem. Aduerbiorũ uero quędam sunt quę cũ supradictis omnibus accidentib⁹: idest diuersis numeris: & generib⁹: & casibus: & temporibus: & personis indifferẽter ponũt: vt nõ bonus uir: nõ bona mulier: non bonum mãcipium offendit me: nõ boni uiri: nõ bõę mulieris: nõ bõi mãcipii est uiruperare inocẽtem: nõ ego: nõ tu: nõ ille: nõ facio: nõ facis: nõ facit. Similiẽ bene. male. recte. praue. possũt supradictis omnibus apte adiungi. Sũt autem alia aduerbia: quę nõ possũt oib⁹ copulari accidẽtibus: vt o quãdo est uocatiuum: vt Virgili⁹ ĩ primo ęneidos. O regina nouã cui cõdere iuppiter urbem. & heus. Idem in eodem. Heus iuuenes mõstra te mearum Vidistis siquam hic errãtem forte sororum. Alii casui nõ adiungũt nisi uocatiuo. Alia uero soli accusatiuo: vt pone tribunal: vel põe domum: vltra fines. Quędam ablatiuo: ut coram iudicibus: quod etiam in prępositionibus uidemus fieri. Proprie autem illę sunt prępositões accipiendę: quę sine casualibus proferri non possunt separate: vt in illud periculum: ꝑ illo. de illo. sub illo. ex illo. ab illo. Nam pone & coram possũt etiam sine casualibus ꝑferri: q̃ aduerbia sunt. Virgilius ĩ secũdo ęneidos. Pone subit coniũx: ferimur ꝑ opaca locorum. Idem in primo ęnei. Coram quem quęritis adsum Troius ęneas. Sũt aduerbia quę diuersis personis nõ cõueniũt: ut eia. Virgili⁹ ĩ quarto ęneidos. Eia age: rumpe moras.

Virg
Virg
Virg
Virg
Home
Virg
Virg
Virg
Virg
Hora
Virg
Virg
Euripp
Terent
Virg
Virg
Virg
Virg

De Const.

uarium & mutabile ſeper Foemina. Ad ſecundam dicũt enim ſolam. Sunt aduerbia quę ꝓprie diuerſis temporibus adiungi nõ poſſunt: vt heri feci. nunc facio. cras faciam. Sunt alia quę ſingulis modis ſociantur per omnes perſonas: & numeros & tempora: ut utinam optantis. Sed hęc de aduerbiis in loco latius tractabãt. Coniunctio quoq; cõmuniter cum omnibus ſupradictis inueniẽt: ideſt generibus. caſibus. numeris. temporibus. & perſonis: vt uir & mulier. uirorum & mulierum. doceo & docui. & docebo ego: & tu: & ille. ſi facio. ſi faciam. ſi facerem. & ſi faciebam. ſi fecerim. & ſi feci. ſi feciſſem. & ſi feceram. ſi fecero. & ſi faciam. Sed ad pronominis ordinãdi tractationem redeamus. Sciẽdum ꝙ cõiugata ꝓnoĩa quę σύζυγα Ariſtarchus uocat trium perſonarum primitiua: ſeu deriuatiua inuicem per ſe poni nõ poſſunt per confuſionem perſonarum. Ideo non figurate poſſunt: quomodo nec uerba: quia tres ſolas uoces in tribus perſonis habent: mei tui ſui. mihi tibi ſibi. me te ſe. a me a te a ſe. Quomodo nec pluralia eorum: nos uos. noſtrũ uel noſtri. ueſtrum uel ueſtri. nobis uobis. nos uos. Nec deriuatiua. meus. tuus. ſuus. noſter. ueſter. Ipſe autem & ille. hic & iſte: & is figurate & ꝓ prima: & ſecũda ſolet accipi. Quippe cum nõ habeant ſibi cõiugatas perſonas primas & ſecũdas: qb⁹ ĩpediant ꝓ illis accipi. Q; autem ſui ꝓprie cõiugatũ eſt primę & ſecũdę perſonę: ipſa declinatio oſtendit ſimilis illi cum eis. mei. tui. ſui. mihi. tibi. ſibi. me te ſe. a me a te a ſe. Itaq; ea tria ꝓnomina ſuas defendẽtia ꝓpas perſonas ad iura ſuę ſignificatiõis: nõ admittũt ſibi cõiugatas uoces. Idq; comprobat etiam ex deriuatiuis eorum. meus enim tuus ſuus: quia ſibi ſunt cõiugata ſimilitudine declinationis: & maxime ꝙ ſingulę ſunt ĩ una quaq; perſona eorũ uoces: quomõ etiam ĩ uerbis ꝓ ſeſe poni iuicem: uel ſibi cõiũgi in una eademq; ꝓſona poſſeſſorũ nõ poſſũt. Nemo enim dicit: ego tu: nec ſui mei: nec tuus meus: nec ſuus meus: nec ueſtras noſtras: niſi addita coniũctõe dicam: vt ſeru⁹ tu⁹ & meus eſt. ciuis noſtras & ueſtras. In quo tamen poſſeſſio cõmunis quidem ſignificat. poſſeſſorũ ẋo ꝓſonę diuerſę. Poteſt tamẽ & ſine cõiũctiõe dici. mea res tua res eſt. animꝰ meꝰ tuus eſt. In quo tamẽ diuerſas intelligo ꝓſonas poſſeſſorũ. Ille autem ego & tuipſe: & hic ego: & iſte ego: & omnia tertię perſonę ꝓnomina: excepto ſui: & eius deriuatio ſu⁹: licet & primę & ſecũdę figurate uni eidemq; cõiũgerę perſõę. In uerbis uero: quia una eſt ſola uox tertię perſonę cum ſecunda uel prima in una eademq; perſõa accipi nõ poteſt. Nemo enim dicit facio tu uel ille: uel facis ego uel ille: uel facit ego uel tu. Singulis enim uerba uocibus: ſingulas ſignificãtia perſonas: eas extra ſe aliis accomodare perſõis nõ patiuntur. Et quid mirum in perſonarum diſcretione cõiugatarum hoc fieri: cum licet etiam ex cõtrario in diſcretis generib⁹ uꝰ numeris: uel caſibus: uel temporibus hoc manifeſte intelligere. Quippe cũ ipſa cõfuſiõe licentia datur ĩ diuerſis ea ſignificatõibus accipere. Nam mihi:

ὁύζυγα

ſ. ꝓ. aliis

L. p⁹.

ea coniungere: vt me ipſum meipſam. teipſum teipſam. clari clarę claro non ſecernũt numerum. licet ergo ſingularibus & pluralibus ſociare ea. ſenatus curſus. uultus. facies. res. ſpes. Similiter ſunt diuerſorum caſuum communia. licet ergo quibuſlibet eorum aptiſſime ea copulare. Oĩa ẋba prętęriti perfecti ſubiũctiua & futuri: eaſdem uoces habẽt abſq; prima perſona. Nihil igit ꝓhibet in utriuſq; tempore ea accipere. Participia pręſentis temporis & infinita uerba eadem etiam prętęriti imperfecti ſunt. Licet ergo utrobiq; ea ꝓferre: vt ſcribens hodie ꝓficio: & ſcribens heri proficiebam. & ſcribere uolo hodie. & ſcribere uolebam heri. Sciẽdu; tamen ꝙ licet etiam prętęritis perfectis & pluſq̃ perfectis participia uel infinita ſupradicta ſenſum prętęriti ĩperfecti ſignificãtia cõiũgere: vt ſcribẽs ꝓfeci uel ꝓfeceram: ideſt cum in ſcribendo eram ꝓfeci uel ꝓfeceram: ſcribere uolui: uel uolueram: ideſt ĩcipere ſcriptionem uolui uel uoluerã. Scimus enim ꝙ prętęritum imperfectũ ĩceptõem rei quidem ſignificat: nũdum tamen perfectionem. Idq; uſus auctorum comprobat. Cõmunia uerba tam actiuam q̃ paſſiuam cõſtructionem cõcipiũt: ex qua diſcernitur uarietas ſignificationis. crimĩor te: & a te. hortor te: & a te. amet. doceat. legat. audiat ſunt imperatiui pręſẽtis: ſunt optatiui futuri: & ſubiũctiui pręſẽtis. Nec aliter eorum poſſũt ſignificari uarietates: niſi per cõſtructionem eis accidentium aduerbiorum uel temporum. Vt imperãtes quidem ſine aduerbio dicim⁹: amet. doceat. legat. audiat. amato. doceto. legito. Optãtes uero cum aduerbio: utinam amet. doceat. legat. audiat. Subiũgentes quoq; cum amet. doceat. legat. audiat. amato. doceto. legito. audito. & ſecũdę ſũt & tertię perſonę. Additione igit ꝓnominum diſcernũt: vt amato tu. amato ille. In omnibus igitur huiuſcemodi dictionibus quę diuerſas habent ſignificatões: cõſtructio maxime ad eas explanãdas eſt neceſſaria. Sicut etiam ĩ omnibus in quibus ſimiles inueniũt uoces: diuerſi caſus: uel genera: uel numeri: vtpote genitiu⁹ & datiu⁹ ſingularis ut hui⁹ poetę: & huic poetę. & nominatiuus & uocatiuus plurales: vt hi & o poetę. Similit docti genitiu⁹ ſingularis huius docti. nominatiu⁹ & uocatiu⁹ plurales: hi docti: & o docti. Similt cędes. res. facies. nominatiui ſingularis: & uocatiui: vt hęc facies: & o facies. hęc cędes: & o cędes. hęc res: & o res. Plures ẋo & nominatiui & accuſatiui: & uocatiui. hę facies: & has facies: & o facies Multa quoq; etiam in aliis partib⁹ ĩuenies ſimilia: nec aliter ea diſcernes niſi ex cõſequẽtia ordinatõis: ideſt caſus caſibus: & genẽa generibus: & numeros numeris: & perſonas ꝓſonis: & tempora temporibus cõgrue diſponẽdo. Nõ igit ſi quid ſimile ẽ uoce: hoc eiſdem neceſſe ẽ omni modo accidẽtibus cõiũgi: ſed ad ĩtellectũ referri: vtputa omnis datiuus & ablatiuus pluralis mobilium nominũ: uel pronominũ: uel participiorũ ſimilis eſt per tria genera: vt bonis illis accuſatis. Et tamen cu; de maib⁹ loquimur: maſculinis ea cõiũgim⁹: cũ de cõtrario ſexu foemis

Prętęritũ Impfectũ ꝓnceptionẽ rei quidẽ ſignificat nondũ tamẽ pfectionem. ſ.

cũ extra utriusq; significatõem neutris:vt bõis uiris loquor bonis mulieri
bus:& bõis mãcipiis.accusatis uiris.accusatis mulieribꝰ.accusatis mãcipi
is.Sic & similia quę cõfusionem significationis per ordinatiõis iũcturaꝫ:
& accidentium discutiũt.Omnis enim cõstructio : quam grẹci σύντα-
ξιν uocãt:ad intellectũ uocis est reddẽda.Itaq; per diuersas figuras uaria
re solent auctores in cõstructione accidẽtia:de quibꝰ iam supra documꝰ
quę q̃uis quãtum ad ipsas dictiones ĩcongrue disposita esse uideantur :
tamẽ ratione sẽsus rectissime ordinata esse uideãtur:vtputa prima & ter
tia persona in unum figurate coeunt:vt Ille ego qui quondam gracili mo
dulatus auena Carme.Est enim ĩtellectus:ego Virgiliꝰ ille qui quõdã
scripsi bucolica & georgica. Diuersi quoq; numeri hoc modo figurate
reperiũtur:vt Virgi.in primo ęneidos.Pars ĩ frustra secãt : uerubusq; tre-
mentia figunt.Pluralem singulari non ad dictionem :sed ad sẽsum ret-
tulit:quia pars troianorum multi ĩtelligũtur:& ꝑ diuersa genera. Qualis
eram cum primam aciem prẹneste sub ipsa.Virgi.ĩ octauo.Q̃uis enim
prẹneste neutrum sit:sed quia urbs ĩtelligitur ad id quod intelligitur ma-
gis q̃ ad uocem nominis reddit dicẽs sub ipsa.Similiter per omnia acci-
dẽtia omnium partium orationis frequẽter iuenimus huiuscemodi figu
ras:& casus ꝑ casibus:vt Corniger hesperidum fluuius regnator aquarũ
ꝑ fluuie.Virg.in primo ęneidos.Tu mihi quodcunq; hoc regni:tu scep-
tra iouemq; Concilias:regni ꝑ regnum:de quibꝰ sufficienter in superio-
ribus diximus.

Virg

Virg

Virg

Virg

Virg

¶ De hoc ꝑnomine tu.

Dd E tu quoq; q dam dubitauerũt an nominatiuꝰ sit tãtũ:an nocati
uus.Sed uterq; in eo esse ostenditur:quomodo & in omnibꝰ fe-
re latinis nominibꝰ:absq; ĩ us terminãtibꝰ secũdę declinationis
Et quoniam Trypho:quem Apolloniꝰ arguit eum uocatiuum solũ pu-
tauit deceptꝰ a nominum uocatiuis:q coniũgũt secũdę persone x̃boꝫ: cũ
dicimꝰ.tu legis:discipule legis.Sed & cum prima & tertia persona uer-
bi coniũgit bene uocatiuus :q suꝰ est secũdę.Nec tamẽ ideo dicimꝰ pri-
mam & tertiam uocatiuos habere:nec secũdę uocatiuũ nõ esse:vt lego di
scipule:& legit discipule.Necesse est illos maxime casus habeãt ꝑnomi-
na:quibꝰ deficiũt ĩ utraq; persona nomia:& maxime nomiatiuũ.uocatio
enim pronomia nõ egẽt:q nec demõstratõem:nec relatõem:quibꝰ fũgũt
pronomia possidet:sed solam cõuersionem:idest apostrophẽ.Sed hoc:q
uel nutu:uel uocis directiõe nõ solũ eos quos uidemꝰ:sed etiam illos : ad
quos uox nostra potest peruẽire:etiam absẽtes uocare solemꝰ:uel ignorã
tes propria eorũ nomia:uel cõfuse hoc utẽtes etiam ad mtos:ut unꝰ ex eis
respõdeat:ut ad seruos tu dicimꝰ. Illud quoq; sciẽdũ q suũ est pronomi-
nis ĩ prima & secũda persõa habẽ nomiatiuũ.uocatiuũ x̃o nõ solũ prono-
mia:sed etiam nomia:& participia habẽt.Qui casus proprius est secũdę

Trypho reprehensus ab apollonio

Demonstratione & relatione fungunt ꝑnomina

personę:vt scribe Virgilii:& scribis Virgilii. Sed q etiam nominatiui
omnium casualium primis & secundis & tertiis uerborum est quãdo cõ-
iungũt personis:ostẽdunt substantiua uerba :& uocatiua:quę nisi nomi-
natiuis nõ sociãtur:ut ego grãmaticꝰ sũ.tu orator es.il le philosophus est.
ut ego Priscianꝰ nominor.tu Apolloniꝰ uocaris.ille Virgiliꝰ nũcupatur.
Virg in primo ęnei.Tu ne ille ęneas:quem dardãio anchisę Alma uenꝰ
phrygii genuit sim eõtis ad ũdam.Ergo sin dubio hęc cõstructio hic tu no
minatiuum esse ostẽdit.Prẹterea hoc approbatur cũ disiũctiue ipse qui ẽ
nominatiuꝰ trium personarũ nominatiuis necessario cõiungitur :ut ipse
ego facio.Idem ĩ quito.Ipse ego paulisper ꝑ te tua munera inibo.Idem in
eodem.Ipsa egomet dudũ beroen digressa reliqui.Nisi tu esset nominati
ui casus:nõ poneret cum ꝑnomie iple. Tu ipse facis.Virg.ĩ bucolicis.Ve
rum id quo multo tu te ipse fatebere maius.Cice.ĩ quarto verri.Tute ip-
se ex edicto siculo hoc sustulisti.ille ipse facit.Cum ergo nomia primę : &
secũdę persõę nominatiuos nõ habeant:nec cẹteros obliquos : uocatiuum
tamẽ habeãt plẹraq; loco deficiẽtium:ut paulo ante ostẽdimꝰ:fungũt ꝑ
nomina.Relatõ quoq; cũ ad cẹteros fiat ad uocatiuum nõ fit:ut ego lego
q scripsi.tu legis q scripsisti.ille legit qui scripsit.meꝰ est seruus cuius ẹre
emptus est.Vocatiuꝰ autem ideo ĩ relatiuis esse nõ potest:qa ãtecedẽtęꝫ
cognitõem significare nõ potest.Similiter quãdo diuersę uni sociant x̃bo
persõę:necesse est nomiatiuos cõiũgi:nõ uocatiuos:ut ego:& tu:& ille do
cemꝰ.Nemo enim dicit :ego & grãmatice:& ille docemus:nisi attẽtiõis
causa ponens nominatiuũ ꝑnominis:adiũgam ei uocatiuũ nomis:ut ego
& tu grãmatice:& ille docemus.Et nomina quidem q̃uis tertię sint per
sonę:tamen habẽt plẹraq; uocatiuum:ut diximꝰ.Nec mirum cum uerbis
quoq; uocatiuis quomõ & substãtiuis cõiũcta possũt tam primę q̃ secũdę
esse persõę Quomõ ergo si dicam .Virgiliꝰ uocaris:a tertia ĩ secũdã trãs-
fero nomẽ personam.Sic uocãdo eũdem intellectu ipso uocãdi facio secũ
dam personam.o Virgilii:idest te uoco Virgilii.Excipiũt infinita noia
uel ĩterrogatiua:uel relatiua:uel redditia:uel distributia:quę q ĩcertę sũt
persõę uel diuersę uocatiuũ habere nõ possũt:ut quis.qui.qualis.talis.tãtꝰ
quãtꝰ.quot.tot.uterq;.alter.singuli.bini terni.& similia. Ad huiuscemo-
di enim nomina uõcatõ fieri nõ põt:q̃uis licet etiam ad secũdam ea cõ-
iũgere personam:sed per nomiatiuos:ut qui estis.quales estis.uterq; sci-
piões uocamini.singuli ueniatis ad me.terni prandete apud me.Virgi.ĩ
primo ęnei.Sed uos qui tandem:quibꝰ aut uenistis ab oris.Pronomia ue
ro primę uel tertię persõę minime possũt habere uocatiuum:nisi posses-
siua primę:quãdo cõiũgũtur uel dirigũt ad secũdam personam.Quippe
cum potest aliquis ad suam loqui possessionem:idest ad filiũ: uel ad ser-
uum:uel ad matrem:uel ad uxorem dicere:o mi o mea o meum.o noster
nostra nostrum.Et est proprium possessiuorũ ꝑnominũ duas significare

Virg

Quare ꝑn relatiuis uocatiuus esse non potest

pronomina primę uel tertię ꝑsonę minime possunt habere uocatiuũ

persõas.Ipsam quidẖ quę possidet per genitiuũ ubiq;:eam uero quę possidetur per omnes casus.Itaq; secũdę persõę possessiuũ:cũ ĩ genitiuo sit ipse possessor intelligendus:ad quem dirigit sermo.Vocatiuum quoq; habere nõ potest:nisi figurate ueliẖ dicere:o tue & nõ aliene:idest tui potestatem habens:quomõ ego sum meus Euripides. ἐγώ τε ἐμός εἰμί: Sed q̃uis nõ careat ratõe:tamẽ in usu nõ est quomõ nec suę illi⁹ natę:ut ꝓprię illius natę.Cum igit ĩ omnibus possessiuis tam possessor q̃ possessio intelligat:nec alii possũt casus quãtum ad possessiões:nisi genitiui intelligi: nõ possũt habere uocatiuos:nisi per ipsas possessiones:cũ in secũda esse intelligantur ea persõa.nec prima tamẽ primam:nec secũda secũdam põt possidere: nisi sicut ostendimus figurate.dicat aliquis ego sum meus dominus & seru⁹.tu es tu⁹ & doctor & discipulus:ut Persi⁹.Vidicta postq̃ meus a prętore recessi. Tertia uero tertiam potest possidere:q; multę & diuersę possũt esse tertię.Vocatiuum tamẽ aliud ꝓnomen ĩ usu nõ habẖ nisi primitiuũ secũdę persõę:& possessiuũ primę:quãdo ad id sermo dirigit:idest quãdo secũdę sociat persõę:licet enim naturaliter ad suam loq. possessionem. Tertię uero persõę possessiuum:& si naturam habeat:ut p uocatiuum possit dici:ut prędictum est.Possum⁹ enim etiam ad aliena possessionem dirigere sermonem: ut O genitor noster saturne maxime diuum.& euandrie filii:& Thelamóie aiax.Itaq; q̃uis quãtum ad ipsas rerũ naturam recte uideatur posse dici:o sue fili Euãdri.o sua uxor Euãdri:ut si dicam.Euãdrie fili:& euãdria uxor:cũ ĩ hoc duę tertię itelligant persõę possessoris:& possessiõis:usus tamẽ deficit:quomõ etiam apd̃ grę cos teste Apollõio σφέτερε cum ratõabiliter posset dici.ĩ usu tamẽ non inuenitur.De hoc enim ἐν τῷ περὶ σύντάξεως tertio clarius tractat.Secũdę autem persõę:ut supra dictum est :deriuatiuũ ideo nõ potest hãre vocatiuum:quia necesse est genitiuum primitiui intelligi ĩ possessore ipso ad quem loquimur:& uocatiuum in possessiõe.Sed possessio secũdę p sõę necessario uel ad primam:uel ad tertiam personam refert:quę naturaliter carent uocatiuo.tuus fili⁹ sum:uel tuus filius est ille.Et q̃uis figurate:ut supra dictum est:dicam:tuipse tuus es/& dominus & seruus : tamen uocatiuum nõ inuenies:nec figurate in hoc ꝓnomine ꝓlatum:vt eũdem & possessorem & possessionem in una eademq; persõa uideat aliq̃s affari dicẖdo:o tue quomõ apud gręcos ὦ σαυτοῦ.αντίτοῦ ὦ σέ. eodem teste Apollõio.Quẽadmodum igit nomina tertię persõę sunt:sic etiam possessiua ꝓnomina:quę q̃uis quantum ad persõas possidentiũ: finita sunt primę & secũdę & tertię.tamen quantũ ad possessiões ipsas tertię sunt persõę:nisi substãtiuis vel uocatiuis cõiũgãt verbis:sicut & nomina.meus es filius:me⁹ uocat seru⁹.tu⁹ nominor parẽs.tu⁹ est pater.su⁹ illius sũ fili⁹.suus illius filius es.suus illi⁹ est fili⁹.Pronomen enim ipse tribus aptissime:vt supra diximus coniungitur personis: Itaq; Apollonius

Euripi.

Quę pronomina uocatiuum habeant.

Lauren.

Lauren.

Teste Apollonio ἐν τῷ περὶ συντάξεως τρίτῳ

Apollonius

Cur secũdę ꝓsone pronomen vocatiui habere nõ potest.

/.rf.nisi

Apollonius

Lauren.

/.etá

ἐπιταγματικόν hoc uocat:idest:appositum eo q; aliis ꝓnomib⁹ apponitur:vt ipse ego:vel ego ipse.tuipse.illeipse.Et q̃uis iueniãt etiam alia ꝓnomia figurate sic cõiũcta per diuersas ꝓsõas:vt ego ille.tu ille.hic ille: vt Vir. Ille ego q; quõdam gracili modulat⁹ auena Carmẽ.idem ĩ ꝓmo ęnei. Tu ne ille ęneas:quem dardãio anchisę. Terenti⁹ ĩ andria.Hic ẽ ille:ne credas te dauum ludere.Non tamẽ quomõ ipse sine alio ꝓnomine possũt primę & secũdę persõę uerbis adiũgi:vt ipse facio.ipse facis.Virg. in secũdo ęnei.Quęq; ipse miserrima uidi.Idem ĩ bucolicis.Cum faciaẖ uitulã ꝓ frugib⁹ ipse uenito.Alias autem uoces tertię ꝓnominũ ꝓsonę ꝓ se:sic uerbis primę & secũdę persõę nõ possum⁹ copulare.Nemo enim dicit ille facio:& ille facis:nisi addas & ꝓnomia primam & secũdam demõstrantia personam:vt Cicero ĩuectiuarum secũdo.Hic ego uehemẽs ille cõsul:qui ẖbo ciues ĩ exiliũ eiicio quęsiui a Catilina.Sed ille ego : uel ille tu cum dicim⁹:relationem significamus antecedẽtis cognitõis. Ipse ego uero discretionem:idest ego ipse per me & nõ ali⁹.Hoc autem appositu; ꝓnomen:idest ipse:q̃uis & imperatiuo societur.Dicim⁹ enĩ ipse facis:& ipse fac.nõ habet tamẽ vocatiuum.Nullũ enim ꝓnomẽ habere uocatiuũ potest:ut diximus:nisi primitiuum secũdę persõę:ad quod dirigit sermo: & deriuatiuum primę quãdo cõiũgit primitiuo secũdę uel uoce:vel itellectu:vt o mea tu.o noster Chremes.Prętera uocatiuus substãtiuo:vel uocatiuo ẖbo ꝓ se nõ cõiũgit:sed nominatiu⁹. Nemo enim dicit : docte es : clare vocaris. Virgilii diceris:sed doctus es.clar⁹ uocaris. Virgili⁹ diceris Ipse igit nisi nominatiui uice nomis fũgi nõ potest. Nihil autem mirum secũdę persõę nominatiuo imperatiuum adiũgi:cum & tertię persõę:quę prorsus vocatiuum nõ habet adiũgantur imperatiua:vt faciat ; & facito ille:& faciãt:& faciũto illi.Illud quoq; sciẽdum q; vocatiuis frequẽter utimur sine uerbis secũdę persõę:vt miror te Virgilii.itelligo te Homere. Nominatiuos uero nisi per eclipsim:nũq̃ sine uerbis proferimus eiusdẖ personę:vt bonus es. Apollonius nominaris. Omnia autem pronomina: quę uocar possũt:similem habẽt nominatiuum uocatiuo:excepto mi ꝓ mee. Nec mirum cum etiam nomina pleraq; apud latinos:vt dixim⁹:eosdem habent nominatiuos:& uocatiuos.Atticis quoq; mos est nominatios ꝓ uocatiuis proferre. Aristophanes.ὦ φίλοσ ὦ φίλοσ.Homer⁹.g.quẽ secutus Virgilius ĩ nono Corniger hesperidum fluuius regnator aquarũ Fluui⁹ pro fluuie dixit. Lucanus in secũdo.Degener o populus uix secula longa deorum Sic meruisse uiris:pro popule.Macedones aũt & thessali cõtrario uocatiuos solebãt ꝓ nominatiuis ꝓferre.Home. μητιέτα ζεύς hic uocatiuus est pro nominatiuo. μητιέτα dixit ꝓ μητιέτης Vnde romani frequẽtissime huiuscemodi nomina:& maxime appellatiua ꝓ uocatiuum gręcum etiam pro nominatiuo suo proferunt:sophista . citharista.poeta.scytha.sarmata.sophia.Persius tamen indubitanter uocatiuu;

ἐπιταγματικόν

Virg.

Virg

Terent

Virg

Virg

Cicero

Persius

Mi pro mee

Atticis mos est nominatiuos pro uocatiuis proferre.

μητιέτα ζεύς

Aristophanes

Homerus

Virg

Lucanus

Homer⁹

Persius

Sophista / sarmata
Citharista
Poeta.
Scytha

pro nominatiuo posuit. Censorem ne tuum:uel qd trabeate salutas: trabeate dixit, p trabeatus. & Hora.macte uirtute.pro mactus uirtute. Horatius

Secundus Liber.

INsuperiori libro de articularium dictionum & pnominum tractantes cõstructionibus: necessario etiam plurima de nominis & ꝓbi cõstructionibus:sine quib? illa orationem perfectam complere nequeunt dixim? Quippe quę ex maxima parte eis cõmunes sunt cum illis. In hoc quoq; de nominib? & uerbis pręcipue: q̃uis & de cęteris partibus:cum eis etiam plurima inueniantur communia exponemus. Ergo minime mireris si eadem exempla cõstructionum repetantur:cum in plerisq; cõsimiles sint supradictorum: & dicendorum ratões. Singulorum igit casuum per ordinem cõstructiones uideamus. ¶ Nomiatiuus & uocatiu? absoluti sunt omnes:idest per una personam intrãsitiue possũt pferri:vt ego Priscian? ambulo.tu Plato philosopharis. Aristoteles disputat. Et si substãtiuis uel uocatiuis iungant primę:& secundę personę nõ egent pnominibus:quippe essentiam sui: uel nominationem significantes :vt homo sum. Cicero nominor. Sin autem aliis consocientur uerbis. tũc necessario adiungũtur pnomibus:ut ipsius essentię pręsenti demõstratõe trãseãt a tertia psõa cõnexiõe pnomis ad primam uel secũdam:ut ego Priscianus scribo.tu Apolloni? uel Apolloni? scribis. Et sciẽdum q̃ uocatiuus nõ eget pnomine:quippe cum secũdam sua uoce finiat personam:ut Apolloni? legis uel lege. Terentii? scribis:uel scribe. Virg.in decimo. Vigilas ne deum gens: Aenea uigila. Persius. Censorem q̃ tuum:uel qd trabeate salutas. Q̃uis ad pfectaz significationem bene additur idicatiuo ꝓbo tu nomiatiuus. Si ꝓo tollam? pronomia ab hac cõstructõe:quę nomiatiuo cõstruit: dicẽdo:Priscianus scribo. Apollonius scribis:soloecismum facimus. Nam nomia per se & participia absq; uocatio casu tertię sũt personę. Quomõ ergo nõ dicimus:ille ego:ul ille legis. sic nõ dicimus. Priscianus lego nec Apolloni? legis. Quomodo autem ille ego lego:& tu ille legis:recte dicitur. sic Priscianus ego lego:& tu Apolloni? legis:uel tu Apollonii. Licet enim nominatiuus: & uocatiuum nominis:secũdis adiũgere pnominum personis. Vir. Ille ego qui quõdam gracili modulatus auena Carmẽ. Horatius ĩ primo sermonum. Tu ne sindanię:aut dyonisius audes. Virgilius ĩ prio ęneidos. Tu ne ille ęneas:quem dardãio ãchisę? & sciẽdum q̃ has quidem cõstructões quę per nominatiuum absoluunt. Stoici ἀξιώματα uel συμβάματα. i. dignitates:uel cõgruitates uocabãt:ut ego Priscianus scribo. Apollonius ambulat. Cato philosophat. Illas uero quibus transitiones ab alia ad aliã

Vocatiuus nõ eget pronomine.

Virg. Persius

Virg. Horat. Virg.

ἀξιώματα. uel συμβάματα

fiunt personam:in quibus necesse est cum nominatiuo :& obliquum aliquem casum proferri παρασύμβαμα τα dicebant:hoc est minus q̃ cõgruitates:vt Cicero patriã seruat. Quãdo uero ex duobus obliquis constructio fit:ἀσύμβαμα τα:idest incõgruitatẽ dicebãt.ut placet mihi uenire ad te:siue nominibus ipsis tantum:seu ꝓbis hoc exigentibus. Nominibus quidem exigẽtibus obliquos:necesse est substãtiuũ uerbum ul pticipium cõsequi.vt fili? Herculis sum:uel filius Herculis esse dicor. & cõmodus duci sum:& cõmodus duci esse uideor. bonus sum animam:& bonus esse animam itelligor. fortis sui uirtute:& fortis esse uirtute appareo. Est autem quãdo per eclipsim uerbi uel participii substãtiui. huiuscemodi casuũ:idest noiatiui cum obliquis cõstructio solet pferri: vt filius Pelei Achilles multos interfecit troianos. Subaudit enim participiũ uerbi substãtiui ens:quod in usu nõ est:pro quo possum? qui est:vel qui fuit Pelei filius dicere uel subaudire. Similiter aliis casibus nominatiuum cõsequẽtibus. uel supradictum participium. uel quę pro eo accipiunt: subaudire necesse est ad nominatiuũ. cõmodus mihi amic? pficiscit:idest qui mihi est commod? amicus. Honestus faciem uir cernit:hoc est qui est honest? faciem. celer pedib? currit. homo subaudit qui est. & hę s. cõstructões quę ipsorum nominum exigente natura sic uariant casibus:quibus licet ul p nomina:uel participia per eosdẽ casus subiũgere:vt ille fili? Pelei Achilles bellans multos iterfecit troianos. & illius Pelei florẽtis uirtute filius Achilles fuit. Idem licet per omnes casus facere. eosdem. n. obliquos casus quo sibi adiungit nomiatiu?:potest etiam flexus idem habere:sed nõ tamẽ eadem cõstructione uerborum. Nam ad alias transeunt uerba personas:quippe nominatiuum desiderãtia:vt filii Pelei fuit uictoria graiorũ filio Pelei cessit Hector. filiũ Pelei timuit Hector. filio Pelei floruit grę cia. Et hoc quãtũ ad naturam ipsorũ inter se nominuz per uarios casus cõstruendorũ. Verba quoq; transitiua similiter solent uariis casib? adiũgi: ut miles eget imperatoris. Aeneas premium donat Euryalo. Plato erudit Aristotelem. Cicero potit laude. Quomodo aũt nomiatiu? obliquis apte possit cõstrui quãtũ ratiõe potero comprehẽdere docebo:quos tamẽ etiam flex? sibi defẽdit:vt Aeneas rex troianorum. Sic per obliquos cas? quoq;. Nominatiu? igit casus nominũ genitio adiũgit: quãdo possessio aliqua. & possessor significat. Et nomiatio quidem possessionem:genitiuo aũt possessorem pferimus:ut Hector fili? Priami. Dau? seru? Simonis. Aeneas rex troianoꝝ. Patroclus amic? Achillis. patron? Verris hortẽsi? est. Quę sic iterpretat ut adiũcto ꝓbo possessionem significãte:possessioq; mutet nomiatiuũ ĩ accusatiuũ. possessor ꝓo genitiuum ĩ nomiatiuũ ꝓbi bui? natura exigẽte hoc:ut itrãsitie qdem nomiatiuũ:trãsitie ãt accusatiuũ exigat. Quid est enim Hector:fili? Priami iterpretãtes dicim? hoc est Hectorem filiũ Priam? possidet uel bẽt. patron? Verris hortẽsi?

παρασύμβαμα τα

ἀσύμβαμα τα

idest patronũ Verris Hortẽsiũ habet.licet tamẽ hęc eadem cum substã/
tiuo uerbo adiũgũt:tam genitio q̃ datio cõnectere:vt filio Priami & pri
mo Hector fuit.& Dauo seruo Simonis & Simoni.& Patroclus amicus
Achillis & Achilli.Similr comes. soci affinis.cognato.vicino.ꝓpinquus
& similia:idest omnia ad possessionem pertinẽtia.vt Virg.in septimo. Virg
Est mihi nata viro gẽtis quam iũgere nostrę:ꝓ possideo natam.Sed ma/
gis datio utimur:q̃si ad ignorãtes:vt supradicto xsu.Nam ad sciẽtes esse
natam.nomẽ autem propriũ ignorãtes dixisset:mea ul mei nata lauinia
est sub distinctões posita post natam. Cõtra aũt nomie q dem cogni/
to:ignorato xo cui esset nata dixisset.Lauinia mihi nata est: post Laui/
niam sic distiguẽdo.vt Virg.in bucolicis.Si nescis:meo ille caper fuit : ad Virg
sciẽtem caprũ.Ad nesciẽtem aũt ei possessorem dixit meo.Idem i eodẽ. Virg
Est mihi nãq; domi pater:est iniusta nouerca.ad nesciẽtem si sit pater di/
xit mihi.Alio quoq; sensu iuenis datios pro genitiuis:vt Virgilio i.x.Fu Virg
sos ceruix cui lactea crines Accipit:pro crines cuius Supradictis xo econ
trario uidẽt illa ꝓferri:quę laudem vel uituperatõem:uel accidens aliqd
ostẽdũt ab aliquo possideri.per nomiatiuũ enim possessorem in huiusce/
modi significatõis structura:per genitiuũ possessionẽ ꝓferimo i οὐσία
Magnę uirtutis Vir idest essẽtię demõstratõe:vt magnę uirtutis uir:idest magnã uirtutem ha
bẽs.nimię tenuitatis homo:idest nimiam tenuitatem habẽs.egregię pul
chritudis mulier:idest egregiam pulchritudinem habẽs.extremę turpitu
dis aial:idest extremam turpitudinem habẽs.albi q dem coloris est cygno.
niger xo coruus:idest albũ colorem cygnus habẽs:coruus nigrum.Et grẽci
i huiusce modi sẽsu gẽitiuo tãtũ utũt.latini uero etiam ablatio frequentius
Magna uirtute uir utũtur :vt magna xtute vir:pro magnam xtutem habẽs.egregia pulchri
tudie mulier:pro egregiam pulchritudinem habẽs.sic & similia. Terẽtio Terẽti
i ãdria.Video unam adolescẽtulam forma:ac uultu:sosia adeo modesto:
adeo uenusto:vt nihil supra.Similiter quãdo cõsequẽtiam aliquam rerũ
per gẽitiuũ significãt grẽci . οὐ τοσεμεν ζῶν τοσ καί ἐπίχθονί δερκο/
μενοιο σοί κοίλοῖσ παράνηνσι βαρειασ χειρασ ἐποίσει huiusce mo
di sẽsũ nos per ablatiuũ ꝓferimus:nõ me uiuo:& i terra uidẽdo: idest du
viuo:& i terra uideor.Necesse est enim huiusce modi structurę:siue no/
mẽ:siũ participiũ platũ xbo iterpretari:dũ aduerbio uel eãdem uim ha/
bẽtibus addito.Virg.i.vii.Nõ uobis rege latio Diuitis uber agri: troięue Virg
opulẽtia deerit:idest dũ rex Latinus sum:vel donec latinus regnat. Licet
enim vel nomiatiuũ pro ablatio:& maxime nominũ cũ xbo substãtio po
nere:uel xbũ cognatum significatõi ipsius nomis:ut me doctore florent
musę:idest dũ ego doctor sum.Nam participia raro sic proferũtur:ꝓ me
docẽte:ut dicam:dũ ego docẽs sum.xbũ xo cognatum significatõi ipsius
nomis:qd per ablatiuum ꝓferẽ ponimus:ut me doctore:idest dum ego
doceo. Illo imperatore:donec ille imperat. pietate manente:dum pietas

Nõ me uiuo & in terra uidendo. nota ablatiuũ absolutũ ꝓ participiũ in. dus.

manet.Virtute florẽte:quoad uirtus floret. Cõparatiua quoq; & sup/
latia grẽci genitio adiũgũt.nos aũt cõparatiua quidem ablatio:vt fortior
Achilles Hectore.Superlatiua xo gẽitio:vt fortissimę gẽtis:de q bo latius
~~nis~~ i libro tertio de nomis comparatiõe dicẽtes tractauimo. Verbalia
quoq; i or desinẽtia:l i trix trãsitia:quę a xbis actũ aliquẽ significãtibo fi/
ũt:gẽitio iũgũt:vt amo illũ:amator & amatrix illio.doctor & doctrix illi
us.mũitor & mũitrix illius.lector lectrix.tõsor & tõstrix illio.mirator &
Lucanus miratrix. Luca. i.ix.Impressit dẽtes ęmorois aspa tullo Magnaio iuuẽi:
miratoriq; catõis.Sistr gẽitiuo adiũgũtur ꝓticipialia plerũq; ul ꝓticipio
trãsitiuorum:absq; tẽpore uim habẽtia.Trãsitia autẽ participia sũt quę
a trãsitiuis xbis nascũt:ut amo illũ:amãs illũ.fido illi:fidẽs illi.inuideo ti
bi:iuidẽs tibi:nisi sint passiua:idest futuris passiuorũ similia.Tunc enim
datiuo:& ablatio cõiũgũt:sicut & participia eiusdem formę i dus desinen
Virg tia:ut amãs illius:similiter abũdãs.sapiẽs.patiẽs.fidẽs.Virg.i .ii.ęne.Ob
Virg tulerat fidẽs animi:atq; i utrũq; parato.Similiter iops.pręceps.Virgi. in
Virg quarto ęnei.Sęuit iops animi.Idem i nonoEt pręceps animi stuarus &
Virg mauortius hemõ.Similit cupidus.rapidus.auidus.Vir.i nono. Ergo aui
Virg dum pugnę dictis ac numie phoebi Ascanium prohibẽt fidus illio.Vir.
Horat in septimo.Prętera regia tui fidissima dextra Occidit ipsa sua. Doctus
grammaticę prodigus animę.Hora.i.iii.car.Regulũ & scauros animęq;
magnę prodigũ:abũdãs illius rei nomẽ est.Nam participium ablatiuo :
Virg quomõ & xbum eio cõiũgit.Virg.i bucolicis.Qꝫ diues pecoris niuei: q̃
Cicero lactis abũdãs.Cicero ꝓ cluẽtio.Mulier abũdãs audacia.Idem pro Corne
Cicero lio.ii.Quis tam abũdãs copiis.Similit patiẽs quãdo nomẽ est:cum geni
Lucan tiuo sociat.Lucanus i nono.Qua niger astriferis cõnectitur axibus aer :
Quodq; patet terras iter cęliq; meat? Semidei mães habitãt:quos ignea
xtus Innocuas uita patiẽtes ętheris imi Fecit:& ęternos animam collegit
i orbes.Virg.i secũdo georgi.Patiẽtes uomeris unci. Quãdo participiu
Virg est iũgit accusatio:sicut uerbum:ex quo uenit:patior illam rem: patiẽs il
Virg lam rem. Virg.in tertio ęnei.Haud ipune quidem:nec talia passus ulys/
Cicero ses.amãs illius nomẽ est.Cicero ꝓ Celio.Amãs illius clarissimi : ac for/
Salust. tissimi patrię amãtissimi.Salusti.i cati. Alieni appetens sui profulus.Et
S attẽde ꝓ uoce passiua ꝓfusus::quia magis actum significat : genitiuo est
cõiũctum. Similiter si dicam docto grammaticam:participium est.Do
ceor enim grammaticam dicimus. Et necesse est ut diximus eum ca/
sum quem uerba sequunt:& etiam participia sequi. Docto grammaticę
Terent nomẽ est.fugitãs litium:nomẽ est.Nam fugitans lites participium est.
dicimus enim fugitãs:& fugito lites.Teren.i phor.Herus meus liberalis
est & fugitãs litium.Similiter pręfectus urbis nomẽ é:pręfecto urbi par
ticipium est.verbum enim datiuo cõiungit:ut pręficio tibi.Et postremo
oia quę similem habent significationem in or desinentibus uerbalibus

Profusus sui

Necesse est eum casũ quẽ verba sequuntur etiam participia seq alius nomina sunt

trāsitiuis genitio sc̃lēt adiūgi: vt dubi⁹ illi⁹ rei. Similiter āceps illius rei: nescius. expers. doctus. peritus. Similiter genitio adiūgūt omnia quę obtineri uel desiderari aliquid ostēdūt: vel cōtraria his. Et hęc sūt nomina: quę aliquid obtineri ostēdunt. diues copiosus. opulētus. capax. tenax. Virgilius ī primo ęnei. Ditissim⁹ agri Phoenicum. Idem ī secūdo geor. Diues opum uariarum. Et quę desiderari aliquid ostēdūt: vt auar⁹ illius rei. cupidus. studiosus. auidus. Cōtra ẋo deesse aliquid significātia. egenus. īdig⁹. inops. pauper uacu⁹. Hora. in primo sermonū. Horum semper ego optarim pauperrim⁹ esse: bonorum. Idem ī tertio. Sic uacuū crebri populum phęaca putauit. Licet autem ut dictum est in omnibus possessionibus: & pnomē possessiuum: uel nomē p genitiuo primitiui: & datiuū p eo genitiuo ponere: & nominatiuum: vt Euādri⁹ filius Pallas fuit: & Euādri filius. vt Euādro filius fuit Pallas. Telamōius fili⁹ fuit Aiax. & Telamonis: & Telamōi filius fuit Aiax. Pater meus fuit Aristarc⁹. & pater mei & mihi cliens tullianus fuit Rosci⁹. & clies Tullii: & Tullio fuit Rosci⁹. Similit omnia ad aliquid eādem cōstructionem seruāt. Et hęc enī possi dent: maxime autem quādo ad gratiam: uel ad utilitatem alicuius: uel cōtra aliquid fieri uolumus significare: datiuis utimur. Lucan⁹ ī secundo Vrbi pater est: urbiq; marit⁹: idest ad utilitatē urbis: & pater fieri pass⁹ est & marit⁹. Similiter possumus dicere fortis patrię sum. & multis patrię fortior sum: & omnium utilissim⁹ patrię sum. Nam positiuorū cōstructio: & ī cōparatiuis: & superlatiuis seruat: & extra suam illorum cōstructōem quam habent in comparando. Huiuscemodi autem cōstructōes idest quę adiūgūt tam nominum q̄ ẋborum acquisitiuas grēci uocauerūt κτητικὰς συντάξεις: que nobis aliquid boni: maliue acquirūt: quorū pleraq; a uerbis deriuātur: uel generant uerba: quę sunt adiectiua: ut util sum tibi: uel inutilis. commodus illi sum: uel īcommodus. Fidus illi: cui⁹ tamē superlatiuum & genitiuo adiunxit Virg. ī. xij. Prēterea regia tui fidissima dextra Occidit ipsa sua. Similiter damnosus. periculosus. facilis. carus. difficilis. quęstuosus. vendibilis. & omnia similia: quę ferre aliquid cōmodi uel īcōmodi demōstrāt. Quid est aliud enīq utilis tibi sum: nisi utilitatem tibi ferens. & calumniosus calamitatem tibi ferens. & postremo oia uerbalia ī lis uel ī dus desinentia similia participijs futuris datiuum ascisciunt. ut mirabilis. legibilis. orabilis. amabilis. mihi est penetrabilis: & penetralis. extricabilis dicendus: amādus. docendus. & sicta: docil⁹ & docibilis. Sed docilis est q facile docetur. docibilis ē q facile discitur. Quomodo penetral⁹ q ī ītimis est partibus. penetrabilis q facile penetratur. Et q parātia etiā genitio ul datio adiūgūtur: quomodo & uerba quę grēci ἰσόρροπα uocāt: & subiecta uel suppoita: quę grēci ὑποκείμενα καὶ ὑποτιθέμενα dicunt. Quę tamen sūt ipsa ad aliqd & dicta: de q bus iā dixi mus. Subiecta uero uel supposita dicuntur q licet ea & subiicē & prępone

. juuena

Virg
Virg
Hora
Hora
Lucan
Lucan
Virg
Virg
Virg
Virg
Virg
Virg
Virg
Virg

κτητικὰς συντάξεις

Lucan

Aequipārantia uerba quę grēci ἰσόρροπα vocant
ὑποκείμενα ἤτοι ὑποτιθέμενα
ἰσόρροπα

ut pater filii: uel filio est pater: & patri est filius: uel filius patris. Similit dominus. seruus imperator. miles tyrānus. armiger. satelles. rex. herus. famulus cliens. patronus: licet quouis ordīe per utrūq; casū proferre. Similis quoq; & dissimilis. par impar. equus iniquus. amic⁹ inimic⁹. comes soci⁹. affinis. cognatus. propinqu⁹: uicin⁹. commilito. cōtubernalis. Terētius in eunucho. Quid tibi ego plura dicam domini similis es. Iuuenalis ī secundo. Non similis tibi. Cicero pro Marcello. Simillimū deo iudico. Luca. ī decimo. Quem metuis par huius erat. Idē ī septimo. Par gemis chirō: & idem quod carcinos ardens Scorpios. Accusatiuo quoq; nomiatiuus adiūgit figurate: quādo quod parti accidit: hoc toti reddit: & totū per nomiatiuū. pars autem p accusatiuum profert: vt fortis dextram: p fortē dextram habēs. celer pedes pro celeres pedes habēs. sapiēs animam: pro sapiētem animam habēs. alb⁹ colorem: pro albū colorem habēs. Et in omnib⁹ subaudiēdū qui est etiam si obliquēt: vt albi colorem equi: idest equi q ē albi coloris. albo colorem equo. albū colorem equū. Sic etiam per pluralia. Albi colorem equi oblati sūt imperatori. Alborū colorem equoꝝ magnū corp⁹ fuit. albis colorem eqs uenit. albos colorem equos frenat. Nam quicū q; casus nominatiuo adiūgūt: etiam declīato cōstrui possūt. Virg. ī primo. Nuda genu: nudoq; sin⁹ collecta fluētis. Idem ī sexto. Lacerū crudeliter ora: Ora manusq; ābas: populataq; tēpora raptis Aurib⁹. Idē ī q̄nto. Intētaq; brachia remis Intēti. Ablatiu⁹ etiam cōiūgit nomiatio quādo per eū aliq d euēire demōstrat illi q per nomiatiuū pfert: vt acut⁹ oculis idest p oculos. valid⁹ uirib⁹: idest per uires. glorios⁹ laude: idest per laudē In hoc sēsu grēci q dem datio: nos ẋo ablatio utimur. & quod supra quoq; ostendim⁹: quādo habere aliq d: vel cōseq per genitiuū grēci ostēdūt: nos ablatio utimur: vt μεγάλησ ἀρετῆσ ἀνήρ: magnam ẋtutem habēs uir latini magna ẋtute dicūt. Frequēt tamē & genitio secūdū grēcos ī hoc sēsu utimur: & magnę uirtutis uir. Virg. ī prio. Ditissim⁹ agri Phoenicuꝫ. Idem. Diues equū: diues pictai uestis & auri. Salusti⁹ ī iugur. Hominis veteris prosapię multarū imaginū: ac nulli⁹ stipēdii. Terēti⁹ in andria. Forte unam cōspicio adolescentulam forma ac uultu sosia adeo modesto adeo uenusto: hoc est uirginem: quę habebat formā. ac uultū modestum: & venustū. Similiter ī cōl equētię significatōe illi genitio: nos ablatiuo utimur tm̄: vt ἐμοῦ ὁρῶντεσ τὸν υἱόν ἀπέκτειναστ. mei videtis pueꝝ cecidisti. i. dū ego uideo pueꝝ cecidisti: qd nos dicim⁹. me uidēte pueꝝ cecidisti. Augusto ī patore Alexādria puicia fcā ē. i. cū August⁹ erat ī pator. Bruto defensore liberata ē a tyrāno respublica. i. cū defēsor ei⁹ erat Brut⁹ Sylla victore perierūt romani: pro cum victor fuerat Sylla. In hoc autem sensu: vt ostēdimus: non licet genitio uti pro ablatio. Illa quoq; noia: quę uim habēt passiuā ablatio iūgūt. lassus labore. fessus cursu. cassus lumine qd etiā participium potest esse. Virg. ī secūdo ęne. Dimisere neci: nunc

Terent
Juuena
Cicero
Lucan
Luca

Ditissimus agri phoenicum.

cassum lumine lugēt.tamē sine dubio nōmē est.Idem ī.xi.Cassa fraude parat:orbus prole:uiduus pharetra.Hora.in primo carminū.Puerū minaci uoce dum teret:uiduusq; pharetram risit apollo. Iuuenalis ī libro.iii. Dignꝰ morte perit:coenet:licet ostrea cētū.vacuꝰ cerebro:mēte captꝰ.Est tamē inuenire ī his quoq; quędā auctoritate ueterū genitiuis coniuncta. Virg.in.xij.Descendam magnorū:aut unq̃ īdignus auorū.In comparationibꝰ quoq; ablatiuos ponimꝰ ꝓ genitiuis:vt fortior Scipio Hānibale:licet nomīatiuum cū noīatio īterposita q̃ comparare : vt fortior Scipio q̃ Hānibal.Et quod sępe superiꝰ docuimꝰ.Flexis quoq; nomīatiuis in obliquos casus:eadem cōstructio ī obliquis quoq; casibus seruat: vt fortioris Hectore Achillis maxima ꝗtꝰ fuit.& Scipiōis q̃ Hānibalis mirabilior strenuitas erat.Necesse est autem omnia casualia eosdem casus ī eadem structura seruare:siue cōiūgāt:quod supradictum est nomibꝰ: siue ꝓ eis sint posita.Et pronomina quidem loco nominū:etiam per se posita iueniūt.ideoq; cōstructōem eorū sibi defēdūt.vt gloriosus ego sū doctrīa.laudabilis est ille fortitudīe.Participia ꝗo cū nomīe & ꝓnomīe:& per se posita cōstructōem tam uerbi necessario q̃ nomis sequūt:qa utriq; cognata sūt nominis.ut Cicero accusās uicit.Ciceronis accusātis oratio ualuit.Ciceroni accusāti cōtigit gloria.Ciceronem accusātem timuit Catilina.o Cicero accusās Catilinā patriam seruasti.Cicerone accusāte uictꝰ est Verres.Et eas quidem cōstructōes ad similitudinem nominū habent participia. Verbi ꝗo cōstructōem seruāt eius singula participia:ex quo nascunt & uel absolute dicūt:hoc est ītrāsitīe:quomodo & ꝗba quę nō egēt obliqs casibus.ut sedeo:surgo:ambulo.sedēs:surgēs ambulas.vel trāsitīe: hoc est ī diuersas personas:uel ī seipsas per reciprocatōem:idest sui passionem: quam grēci ἰδιοπάθειαν dicūt:ut misereor tui:uel mei.misereris tui:uel mei.Inuideo tibi:uel mihi.uideo te uel me.potior te uel me.& illo:uel illum.tui uel mei.potiēs te uel me.& illo uel illū.& tui uel mei. Et attēdē dū est q̃ nomīatiuꝰ q̃ ꝗbo adiūgit īmobilis manet casibus ipse: uel nullū:uel eū solū assumit alterius casus obliquū:q̃ ꝗbo cōstruit.Nullū q̃dem quādo absolute dicit.idest ītrāsitīe.ut Terētius ambulat.Salustiꝰ q̃ escit Obliquū ꝗo quādo trāsitīe:idest sui passiue.ut Cęsar uicit Pompeiū.Cicero arguit Catilinam.pater īdulget filio.dominus miseret serui:& serui sui. Ille aūt nominatiuꝰ q̃ obliquos exigente ipsiꝰ nominis natura sibi asciscit:etiam per omnes:ut supra diximꝰ casꝰ declinatꝰ eandem constructionem casuum sibi defendit:vt uictor Pompeii Cęsar: interfectus est a Bruto.victoris Cęsaris Pompeij filia fuit Iulia. uictori Pompeij Cęsari cessit respublica.uictorem Pompeij Cęsarem placauit Cicero.uictor Pōpeij Cęsar clemēs fuisti:uictore Pompeij Cęsare Romana libertas perijt Sic & omnia casualia licet construere.Possessiua ī omnibus suis casibꝰ cū genitiuis aliorum bene cōiūgūt.Quippe uim eiꝰ ubiq; hēntia:ut pugna

Virg
Horat
Iuuena.
Virg

troiana:& grēcorū multis exicio fuit.filius Thelamonis:& Hesionę Teucer fuit. Terētię & Tullianī filij misertū est.Creusę & Aeneio nato datū est regnum latij.Hectoreū & Andromachę filiū prēcipitauit Vlysses.o noster & fratris amice.tua & patris tui Herodiane ꝓficimus arte.Datiuū quoq; solēt Romani acq̃sitiuorū:vel effectiuorū cū omni casu cōsociare.ut curę mihi ista res est.curę mihi ē istiꝰ rei causa.curę mihi est isti rei adesse.curę mihi ē hanc rem nosse.curę mihi est hac re ꝓficere. Similiter cordi.lucro.damno Possumꝰ enim dicere: cordi homo:cordi homīs.cordi homini.cordi hominej:pro iucūdꝰ:iucūdi : iucūdo:iucūdū.Sist ꝓ reliquos casus:tam singulares q̃ plurales:quomō & frugi:& mācipi:neumācipi:q cū sint datiui:omnibꝰ tamē alijs casibꝰ cōiūgūt:quomō etiam genitiui : per quos possideri uel haberi aliquid significat:ut huiuscemodi: illiusmodi.magnę uirtutis homo.magnę ꝗtutis homīs.magnę ꝗtutis homini. Si milit per cęteros casus.Itaq; etiam nihili homo οὐδενί ἄνθρωπος.nihili hominis.Similiter in eodem fere sensu figurat nomīatiuꝰ:& obliq eiꝰ cū accusatio alterius nomis:qd & supra ostēdimꝰ.clarꝰ genꝰ:clari genus. claro genus.clarū genꝰ.clare genꝰ.Idem īuenis & cū ablatio.dignꝰ laude. digni laude.digno laude.dignū laude.& reliqua.

De cōstructōe uerbi.

A Bīfinito īcipit expōere uerbi ordinatōem Apollōius ostēdēs ī uerbum generale esse:& pro omni posse accipi mō uerborū.Cōiūgit aūt frequētiꝰ uolūtatiuis ꝗbis:quę grēci προαιρετικά uocāt:ut uolo legere.cupio discere desidero uidere.Inuenit tamē & alijs sępissime uerbis cōiūctum.Terētiꝰ ī adelphis.Video sapere ītelligere.in loco uereri:iter se amare.Scire est liberū īgenium.Virg.ī.xi.Rem nulli obscuram nostrę:nec uocis egentej Cōsulis o bōe rex cūcti te scire fatēt. Quid fortuna ferat populi se dicere musāt.Nec solum nominatiuis: sed etiam accusatiuis & ablatiuis ad imitatōem grēcorū auctores cōiūgunt īfinita uerba:ut cognitꝰ posse dicere:& cognitum hūc posse dicere : & posse cognito dicere. Terētiꝰ ī eunuchō.Apparet hūc seruum esse domini pauperis.Salustī.in quīto histo.At Lucilius auditoq; martionem regem ꝓ consule ꝓ lycaoniam cū tribus legiōibus in Ciliciam tēdere.In eodem legiōes ualerianę cōparato lege gabina bithyniam & pōtū:& solidataj missos esse.Participiorū autem accusatiui frequēter ꝓ īfinitis uerbis ponūt:vt Salustius ī quinto.Sępe celebritatem nomis te lego timētem: ꝓ timere.& uideo ingētia dona quęsita gratię properātej: ꝓ ꝓperare.Ablatiui quoq; ꝓ eorum infinitis:vt idem ī Catilinario.Nam & priusq̃ īcipias cōsulto: & ubi cōsulueris mature facto opus est: ꝓ cōsulere & facere.Grēco similiter more infinita ꝓ gerūdiui genitiuo calu ꝓferūt.Significat autem infinitum ipsam rem:quam cōtinet ꝗbum.Currere enim est cursus:& scribere scriptura.& legere lectio.Itaq; frequēter & nominibꝰ adiūgūt: & alijs

Terent
Virg

Terent
Salustius
Salust.
Salust.
Salust
Salust.

οὐδενί ἄνθρωπος

προαιρετικά

Participiorū accusatini frequenter pro infinitis uerbis ponūtur more grēcorū.

Infinitū significat ipsam rem q̃ continet uerbū.

M aiores nam ſunt alij:multiq; minores

NVnc maris beſperij luſtrabo carmĩe rectus
Flexibus in uariis quo frangiť ęquore põtus
A ſtringens pelago terras circũfluus illis
M ontibus & radens ſuppoſtas urbibus oras.
A dſis o numen ſtudiorũ prę ſul & artis
O rdine principiũ capiens atlantis ab vnda
H erculeo celebrant quã mete munere gades:
C ęliferaſq; tenet ſtans atlas monte colũnas.
E ſt prim⁹ uaſtis qui pontus hibericus vndis
D iuidit europen libya cõmunis utriq;
H inc atq; hinc ſtatuę ſunt:ambę littora cernũt
H ęc libyes hęc europes aduerſa tuendo.
G allicus hũc gurges:qui celtica littora pulſat
E xcipit:hũc ſequiť ligurũ cognomĩe dictus
Q ua domini rerũ terris creuere latinis.
A d petran leucen aquilonis ab axe reductus
Q uę freta ſicanię concludit littore curuo
I nſula ſed cyrnos ꝓpriis pulſatur ab vndis:
I ntra ſardoniũ pelagus celtũq; refuſis.
I nde ſalis tumidus tyrrheni uoluiť eſtus
A d partes uergens auſtrales.excipit iſtum
S icanię gurges ſolis deflexus ad ortus:
Q ui procul effuſus pachynis tenditur oris
A d creten ſũmam:quę ꝓminet ęquore rupẽ:
Q ua gortyna potẽs mediis qua phaeſtos ĩ aruis
A rietis hanc rupem ſimulanté uertice fronté
P ro merito graij criu dixere metopon.
H oc mare gargani cõcludit iapygis ora.
I llinc incipiens extendiť adria uaſtus
A d boreã penetrãs pelago ſolẽq; cadenté
I onius pariter ſinus hic ꝓhibetur ab orbe.
D iuidit & geminas diuerſis partib⁹ oras:
Q uas tamen extremas cõiungit termin⁹ vnus.
A d dextram partem protendiť illyris alma:
P oſt hanc dalmatię populoꝝ martia tellus.
A d leuam auſonię porrectus cõtinet iſthmos
Q uem tria circũdãt maria vndiq; littore curuo
T yrrhenũ ſiculum nec nõ ſimul adria uaſtus
F inibus at propriis exceptant ſingula uentos
T yrrhenũ zephyro:ſiculũ ſed tundiť auſtro:
A dria ſuccurrens eoo frangitur euro.
A ſt poſt ſicaniam tractu diffũditur alto
A d ſyrtim pelagus libycis quę cingiť oris:
M aiorem poſtq̃ minor excipit:ęquora longe
A tq; ſinu gemino reſonãtia littora pulſant:
F inibus a ſiculis cretęum tenditur ęquor:
A d ſolis ueniens ortus ſalmonida poſcens.
D icitur eous qui cretę terminus eſſe.
P oſt hãc eſt geminũ mare uaſtũ fluctib⁹ atris
F luctib⁹ biſmarici boreę quod tunditur atris
Q uod ruit aduerſus celſę de partibus arcti
Q uod prius eſt phariũ ꝓhibẽt:hoc littora tãgit

P ręcipitis casu montis.post vnda secunda
S idoniũ est pelagus:penetrat qua gurgite pōtus
I sicus arctoas ad partes ęquore uergens.
N on longe rectus:cilicum nam frangit oris.
H inc zephyros poscēs ueluti draco flectit vndis
Q uod iuga montiuagus uastat:siluasq; fatigat:
P artibus extremis pamphilia claudit isto:
A tq; chelidonię rupes cingūtur eodem
A t procul hūc zephyrus finit patareide sūma.
P ost hęc arctoas ad partes aspice rursus
A egeum:superat qui fluctibus ęquora cuncta:
D ispersas uasto qui gurgite cycladas ambit.
T erminat hūc imbros pariter tenedosq; coercēs.
A ngusta trahitur qua fauce propontidis vnda
A sia:quam supra populis distendit amplis
A d notiam partem:qua latus ducitur isthmos.
T hreicius sequit post bosporus hostia ponti:
H oc nullum phibent terras angustius orbis
E sse fretum dirimens.hic sūt symplegades arctę.
P anditur hic ponti pelagus titanis ad ortus
Q uod petit obliquo boream solemq; meatu
H inc atq; hinc medio ꝓcurrūt ęquore colles:
V nus qui ueniens asię de parte carambis
D icitur australi:sed contra finibus alter
P rominet europę hunc criu dixere metopon.
E rgo cōueniūt aduersi gurgite tanto
D istantes quantū ternis transire diebus
E ualeat nauis:bimarem sic ęquore pontū
A spicias similem cornu quod flectitur arcus
N eruo curuati distento dextera neruū
A ssimulat:recto trahit nam linea ductu
E xtra quam boream quo scandit sola carābis
S ed formam cornu geminatis flexibus edit
L ittus:quod pontum cingit sub parte sinistra
I n quam mętotis penetrans aquilonis ad axe
Q uam scythię gentes circūdant vndiq; ripis
E t matrem ponti phibent mętotidis vndam.
S cilicet hic ponti uis exit gurgite multo
C immeriũ torrens per bosporon:hic ubi taurũ
C imerij gelidis habitant sub finibus vnũ.
H ęc maris est speties splendens hęc forma ꝓfūdi.

N Vnc tibi telluris regiones carmĩe pandā:
n Vt cernas animo nō visas lumine terras.
Atq; docens alios lauderis pectore docto.
I ncipiens libyę tenuisq; a tethyos vndis
O ceanus tyrias qui pulsat gurgite gadis
T enditur ad notias partes & solis ad ortus.
E t messis formam reddit mēsoribus arcis
Q uam tradūt terrę nō ęqua margine cinctam.
T erminat hęc fines rubri prope littora ponti
L atos ęthiopum populos:quos possidet alter
Q uem calidis iuxta terris pascūtur erembi
H os pelli similes pardi dixere priores.
N anq; solum squallens urbes distinguit opacas.
H ac sitis hac humor latos uariat in agros.
S ed sūmam libyen habitant ad tethyos vndas
A lcidę qua sunt statuę maurusia plebes.
P ost hos ĩmensę nomadū de semine gentes
A tq; masęsylij nec non masylia proles:
S altibus hos duris asper siluisq; uagantes
V ictus alit sęua quęsitus cęde ferarū:
S cilicet ignaros terras proscindere aratris
A gricolasq; boues plaustris domitare sonoris:
N anq; errant nemorū per dumos more ferarū.
Q uos prope tendūtur fines carthaginis altę
P erpetuas tyriis celebrat quę condita laudes
Q ua regnans felix dido per sęcula viuit:
A tq; pudicitiam non perdit carmine ficto
H anc minor insequit syrtis maiorq; secunda
Q ua tumor ĩmensus tyrrheni pellitur ęstus:
A ccersuq; furit siccisq; receptus arenis.
A st inter syrtis urbs est quā nomine dicūt
E sse neapolin:hanc supra iustissima fertur
H ospitiis gaudens gens degere lotophagorū
H os licet ad fines desertas cernere terras
E xtinctis populis nasamonū marte latino.
A lbystę post hos terrarū rura tenentes
I n medio sūmis libycis & gētibus hāmon.
N ec non cyrene clarorū mater equorū
V rbis amyclęę propter quā condidit olim.
M armaridę:post hos ęgyptia flumina uertūt
G ętuliq; supsunt viciniq; nigrentes:

C ontinuo post hos sequit phaurusia tellus.
H anc habitant iuxta garamãtes debrite clari
Q uę superat cũctas urbs miro munere fontis:
F rigore qui noctis feruet calefactus & umbris
A t solis friget radiis glacialis & igni.
O mnib9 extrema populis claudũtur in ora
A ethiopes:libyes ubi finit littore cerne
O ceanũ nimio quę pulsat sole calentem.
N ec longe feruent blemio4 collibus agri
H inc fluuij pinguis descendũt flumina nili
P artibus a libycis:qui currens solis ad ortus
S iris ab ętbiopum populis cognomĩe fertur.
V ersum cultores nilum dixere syenes:
H inc currens nilus ad partes flumine pingui
F ertilis ęgypti terras foecũdat opimas:
S eptenoq; ferit pellęum gurgite pontum:
N on alius tantum fluuio4 ditat arenas:
A tq; trahens limũ cõplectit ubere campos:
H ic latis libyen asię disterminat oris:
H ęc ortus cernit:videt austros illa calentes.
H unc habitant iuxta sapientũ corda virorũ
D isposuere vias qui vitę mente potenti:
E t primi dederant sulcos & semina terris:
O bliquos solis tractãtes pectore cursus:
H orũ telluris fines nũc carmine dicam
E t formã celebrat quã gloria magna ꝑ orbẽ:
H ęc igitur latis diffusa patescit in aruis
F ertilis & superans alias pinguedine glebę:
M arginibus laterũ format at vndiq; ternis
L ata quidem boreę sub littore tenditur oris:
A st ortus angusta petit:sũmamq; syenem:
Q uam celsi media montes utrinq; coercent:
I rrigui per quam descendũt flumina nili:
H anc habitant homĩes multi pariterq; opulẽti
Q ui ueteris clareq; colũt sub moenia thebes
Q uam ꝑhibent centũ portas habuisse priores
F ilius aurorę memnon qua regna tenebat.
H ic sunt & septem mediis in finibus urbes:
Q uas celebrat totum discurrẽs fama ꝑ orbem:
E t quicũq; maris viuũt prope littora uasta.
Q ua lacus est ingens liquide serbonidis vndę:

A d cuius zephyrũ macetũ sunt moenia regis.
E t pharos idothees scopuli pallenidis alti.
P ost urbs sub casio pellusi uergit ad ortus.
N auigiis populus duris quam possidet aptus
N on tamen est libyes ponẽdus finibus iste:
S cilicet ęoas nili qui continet oras:
N ili quem circum floret mirabilis arbor:
E xtinguit quę sitim pomo:cui nomen ad ipsos.
H ęc facies libyes.hic claudit termin9 illam.
S unt tamen hic alię gentes:quę littore sũmo
T ethyos aut mediis habitant telluris in aruis
E t gratas circum ripas tritonidis vndę.
H ic lapis heliotropius:qui nomine uero
D icitur:cõuertit radios nam solis in vnda:
S i quis eum fusa labris ĩmergat aenis
S anguineiq; rubens resplendet luce coloris
P urior at soli renitet nudatus ab vndis.

S I placet europes quoq; me nũc dicẽ formã
Haud taceã:simil libyę ẽ sz ꝓgit ad arctos
Finibus & pariter distẽtis pergit ad ortus.
L inea nanq; asię similis disiũgit utranq;.
H ęc notias spectat:partes aquilonis at illa:
A st ambas vnam si terras esse putemus
A ssimulent conum laterũ cõpagibus ęquis:
C uius ad occasus est summũ:lata sub ortu.
S ic europa tibi facili dignoscitur arte.
A d cuius summũ prope metas herculis alti:
M agnanimę gentes dederat quis nomen hiberus
A d spacium multum terrarũ rura colentes
O ceanum boreo contingũt frigore durum:
S crutaturq; decus pulchrum sapientib9 auri.
Q uos tamẽ haud maculat prę:sẽs:nec deiicit absẽs.
Q ua sunt germani bellaces:atq; britanni
S altibus hercyniis germania subiacet atrox.
H ęc tergo similis taurino dicitur esse.
E pascit uolucres mirum fulgentibus alis:
Q uis ducibus noctu cernũtur flexa viarũ.
P yrrhenes sequit mons:post hũc ẽ celtica tellus
E ridani fontis contingens rauca fluenta.
H ic phętbonta suum carę luxere sorores

H ic electra legunt alnis ſtillantia celtę
S ucina quę memorāt mellis vini ue colore:
Q uę paleas rapiūt tractu:frondeſq; caducas.
P oſt hos tyrrheni:quos iuxta ſolis ab ortu
I ncipiūt alpes:quibus exit gurgite uaſto
O ceani rūpens glacialis littora rhenus.
H unc prope cōſurgit fons iſtri flumine longo
Q ui poſcens ortus:euxini ꝓuenit in vndas
I rriguam peucen amplexus gurgite quino:
C uius in arctoas eſt partes barbara tellus
I nnumeras gentes gremio cōplexa reducto:
C ui finem faciūt męotidis hoſtia uaſtę.
H inc ſunt germaniq; truces:& ſarmata bellax
A tq; getę:nec non baſternę ſemina gentis.
D acorūq; manus & martia pectora alani.
A tq; dromon tauri retinētes fortis achilli.
A nguſtum & longum męotidis hoſtia iuxta.
H os equites ſupra celeres fundūtur agaui.
A tq; melanchlęnū populus metuēdus in arcu.
P oſt hippemologi ſunt:hippopodeſq; potentes:
A tq; gelonus cum neuris pictiq; agathyrſi.
H ic ubi deſcendit porrecta boryſthenis vnda
E uxinūq; ſubit criu prope tracta metopon
E regione iacet locus hic ſymplegados arctę
H ic ſunt aldeſti quoq; panticapiq; fluenta:
D iuidui currūt ripeis montibus ambo
I mmiſcent qua ſe ponti glacialib9 vndis.
N aſcitur electrum prętfluens luce nitenti
M enſe ſolet primo qualis ſplendeſcere luna
H os adamanta legunt iuxta fortes agathyrſi.
T ot dirimit gentes aquilonis partibus iſter.
H uius ad auſtrales terras gerręq; feroces
N oriciiq; colunt bellaces pannoniiq;
E t myſi thracum boreis in finibus orti
I n quorū terris quas ponti perfluit vnda
I gnipotens oleo cōmixto gignitur herba
M edica cui nomen cuius cōpeſcere flammas
S i quis aqua capiat:plus ignem paſcit in illa.
P ulueris hunc iactus potis eſt extinguere ſolus.
T braces arant poſt hos latiſſima rura tenētes
Q uę torrens ſtringit finitq; ꝓponti dis vnda:

A tq; helleſponti fauces ęgęus:& altus
N aſciť hic ſcopulus pallene gemma refulgēs
A ſterium ꝓhibent:ſtellis certare putatur.
E t flammę ſimilis ſplendenti lumine lychnis.
H ic ripas iſtri porrectas vndiq; ſtringūt.

E Vropę reliquas nūc partis aſpice ternas
Phoebeos uergēs:qb9 eminet illa ſub ort9.
Prima eſt hiſpanū:quę frāgit littora pontū
A ltera tyrrhenum quę pulſat molibus ęquor
T ertia quę graios circūfluа gurgite paſcit.
S ed tamen oceanū contingit hiberica tellus,
O cciduū calpę:qua ſūmam ſuſtinet vnam
H erculis e ſtatuis:quam ſupra diues & alta
T arteſſus templiq; ſedent qui collibus imis
P yrrhenes:cęlum qui tangit uertice ſūmo.
A ſt ambas intra tellus iacet auſonidarū:
L imite quam recto mediam ſecat apēninus
Q ui mons incipiens boreis ex alpibus altus
I n freta ſicanię porrect as terminat oras:
H unc urbes circū populi gētesq; frequētant.
Q uos breuiter retegā noſtro tibi carmīe cūctos.
T yrrheni primum fortes:iuxtaq; pelaſgi
C yllenes quondā propria qui ſede relicta
T yrrhenis ſociis petierūt nauibus arces.
H os prope ſunt omni ſuperantes laude latini.
Q uorū per terram diſcurrit in ęquore thybris
R egius irriguo dirimit qui gurgite romam:
R omam quę genitrix regum dominať in orbē.
P oſt hos pingue ſolum ſequiť campania diues
H ic ubi parthenopes domus eſt caſtiſſima frugū
F ertilis.hanc pontus propriis exceperat vndis
A d noton eſt longe ſupra ſirenida rupem
D icentis ſilari gurges ſpectabile flumen.
H unc habitant prope lucani brutiiq; coloni
A d leucopetram longiſſima rura tenentes.
H inc eſt ad boream zephiri quę ſūma uocatur:
S ub qua ſunt locri celeres:qui tempore priſco
I ſtuc reginam propriam uenere ſecuti
A uſoniamq; tenent:qua currit flumen halecis.
M oenia cernūtur metaponti:deinde crotonq;

Q uam pulcher gratã prętterfluit ęsarus urbem.
V lterius pergens hinc templa lacinia cernens:
P oft hęc est sybaris:periit quę numinis ira
P rępones hominũ tumulos tęlestibus aris.
P ostere qui priscis ausi certamina soli
S amnitis medio complectit italia tellus
I n gremio:marsosq; simul.tũc deinde tarentũ
T angitur ęquoribus.quod muniuere lacones.
C ontinuo calabrę telluris rura sequũtur
V sq; byrij sũmam:sed tendit iapygis ora:
Q ua salis adriaci trahitur uastissimus ęstus:
A tq; sinum penetrans aquileiũ colligit vndas.
A lta tegestręon postremę moenia terrę
Q ua sinus ionius finitur gurgite lasso:
H i sunt ausonię populi gentesq; potentes:
F lexilis hinc pontus cõuertens uergit ad ortus
A tq; liburnorum terras hyllisq; feroces
B ulimeon pariter prętstringens litora currit.
E t uenit illyrias late porrectus ad arces.
Q uas tollunt montes excelsa cacumina sũmas.
C ernitur hic tumulus qui cadmi dicitur esse
H ermionęq; simul:nanq; hic serpẽtibus illi
C orpora post tempus longũ mutasse ferũtur
I n senio.postq̃ patriam thebisq; relinquũt
H inc illos aliud posuerũt numina monstrũ
N anq; duo tumuli cõcurrũt peste futura.
S ignificat quotiens sęuissima damna colonis.
H ęc regio fontem mirandę concipit vndę
Q uem merito ueteres dixerũt nomine sacrum:
N am gelidus superat cunctarũ frigus aquarũ:
A ccensasq; faces si quis prope duxerit vndam
E xtinguit flammas:recipit sed rursus easdem
A dmoueat dextra cũ extinctã lampada fonti.
S ed supra tracen:necnon epiron ad austros
P rincipiũ terrę doctissima gręcia sumit
A scendens multũ:geminoq; sub ęquore cincta
A egęo siculoq; mouent qua flumine uenti
D iuerso:siculũ zephyrus tenet:eurus ad altũ
A egęum:sequitur pelopis post insula lata
C onsimilis folio platani:quod muris acutam
A equiparat caudam.cuius iacet isthmos imago

H ellados ad boream sibimet confinia iũgens:
L atior at tellus folium ceu flexile circum
C ingitur ęquoribꝰ zephyrum triphyllidis arua
E xcipiũt:per quam descendit flumine pulchro
A lpheus:qui messeni discinditur vndis
E urotę:terris ambo nascuntur aseis.
H ic tamen eleos:& diuidit ille laconas.
H ic mediis habitant late telluris in aruis
A rcades apidanei sub scopulos erymanthi
Q ua melas atq; crathis fluuij qua currit iaon
T enditur atq; uetus:qua longo gurgite ladon:
H ic merulos phibent albos mirabile dictu:
H ic nasci linum:qui tacto accensus ab igni
E xtingui nequit quem graij nomine uero
A lbestum memorant:ferri nitet ille colore.
I uxta est argiuũ tellus pariterq; laconum
O rtus argiui uergunt:lacones ad austros.
A equoribus geminis isthmos pulsatur utrinq;
H oc ephyren cõtra est zephyrus:sed ꝓberat illud
E urus in immensũ quę mergit vnda ꝓfundũ
N omine quam danai dixere sacronida prisco.
A ttica sed tellus post isthmon solis ad ortũ est.
H inc orithyiam boreas rapisse puellam
T raditur.hic ilisos aquis deuoluit amnis.
B oetum sequitur finis:qua dicitur vnda
E sse potestatis diuersę.nanq; duobus
F luminibꝰ uertit uertuecũ lana colorem:
H oc fuscat niueas:hoc albat gurgite nigras.
L ocridis inde solum sequit regionis:& ora
T essalis & tellus macetũ cum moenibus altis
S ub cuius scopulos tangentes uertice cęlum
S peluncę ueteris seruant insignia cladis:
F inibus in mediis terrarũ nanq; videntur
O strea muricibus siccata latentibus esse:
D iluuiũ latebras dederat quod piscibus illas.
C oncipit & parit hic naturę munere gemma:
Q uam pęaniten perhibent pregnantibꝰ ista
A uxilium confert facilis releuamine partus.
C ernitur hinc niueas attollens uertice rupes
A emus threicius:quem contra tenditur agris
A d zephyrum regio dodones lata feracis

A d cuius notias partes ſub rupe aracynthi
A etolę gentes ſunt belli laude potentes
C ampi quos medios acheloia perſecat vnda:
E t mare trinacriũ perrũpit echinadas intra
R egna cephallenę prope ſunt ſapientis ulyxi
I ſte galactiten ripis oſtendit in altis
V beribus prodeſt:necnõ infantibus idem:
E t ſi quis terat hunc:albeſcit lacte liqueſcens.
H unc fluuiũ iuxta pręclaros ſolis ad ortus
P hocis ad arctoos uentos extenditur ingens
D onec contingat calida hoſtia thermopylarũ
S ub iuga parnaſſi cephiſſos gurgite magno
Q uam mediã dirimit deſcẽdens murmure uaſto
Q ua templũ phoebi memorabile delphica ſedes.

NVnc magno nobis ſunt inſulę ore canendę
Quas homĩes toto diſperſas ęquore cernũt
E ſt igitur ponto tellus circũflua prima
C ui nomen gladis:ſtatuas hęc herculis inter
A tyriis colitur cõtinuſa uocata uetuſtis.
C ontinuoq; iacent gymnaſię:has baleares
R omani memorãt:hinc frangit ęquore buſos
S ardonię poſtq̃ pelago circũfluat tellus
F ontibus eliquidis prębet miracula mũdo:
Q uot ſanant ęgros:pandũt dãnantq; nefando
P eriuros furto:quos tacto flumine cęcant.
P oſtq̃ non longe cernũtur littora cyrni:
C orſida quam pariter geminato nomine dicũt:
H anc ſolam phibent catochiten gignere terram:
C orporib9 lapis hic ceu glutine tectus adhęret.
N ulla tamen tellus latiſſima robora ſiluę
S ic habili generat:dehinc rupes ęolidarũ:
Q uas ſeptem numero phibent cognomĩe plotas
Q uippe viam ratibus pelago dant vndiq; uaſto
T rinacrię poſt hos moles diſtendit ampla
C ardinibus ternis:laterũ quam terminat actus
P rocurrens pachyno longe caſtriſq; pelori
E xterrenſq; rates lylibęi cautibus aſpris
E minet ad zephyrũ lylibe:pachynuſq; ſub ortũ
A ſpicit auſoniam:boreęq; pelorus ad axes:
Q ua mare vix ſuperãt haud ęquũ mille periclis

A nguſtum rapido quod frangit gurgite ſaxa.
T raditur hic pelagi diruptas viribus olim
E xcepiſſe fretum terras cogente ruina.
P lurima ſũt iſtic totũ memorãda per orbem.
D ianas fons eſt:camerina gignitur vnda:
Q uem ſi quis manibus nõ caſtis hauſerit vnquã:
L ętifico triſtis non miſcet pocula baccho.
H ęc eadem montem mirãdam ſuſtinet ętnam:
V ertice qui ſũmo rigida niue temperat ignem:
N ec ſuperant flãmę frigus nec frigora flãmas.
H ic ſalis acragas miracula poſſidet vnus
N aturas in quo proprias mutare videtur
I gnis & vnda:ſalem nanq; illum ſoluere flãmę:
V nda ſolet crepitus illis coniũcta mouere.
H ic & haleſinus fons eſt mitiſſimus vndis
T ibia quem extollit cantu ſaltare putatur
M uſicus & ripis lętans excurrere plenis.
C ernitur egregius lapis hic:cui nomen achates:
H oc dederat fluuius:cuius generatur ad vndas
H anc ſimulacra vides uenis oſtendere gẽmam.
A equoris ad ſiculi:quod uaſtis funditur vndis
A d noton eſt pontus libyę ſirtiſq; uadoſa
M aior:at ulterius ſi pergas:cerne minorem
O cciduam iuxta quam menix inſula fulget:
E t cercina ſimul libyca ſtatione patentes
H adria quas penetrat:uenias ſi parte ſiniſtra
A tq; legas calabrũ littus:tunc inſula magni
O ſtendit ſeſe diomedis nomine dicta:
Q uo profugus quondã victor conceſſerat ille
C oniugis inceſtę per fraudes aegialię.
I onium pergens abſyrtidas ęquor ad ortus
C ircuit:has olim colchi tenuere feroces.
L aſſi dum fruſtra medeę furta ſequũtur.
C ontinuo poſt haſce liburnidas aſpicis altas.
A d notias partes:hinc ſęua ceraunia nautis.
I nſulę ambracię contra cernũtur in alto.
E t corcyra potens.ithaces atq; aſpera tellus
E t quas oblimat riuis acheloius amnis.
F lumine torrenti precelſam chalcida linquẽs
S ed multę amnis hyperboreę ſub parte videnẽ
A egylaq;:inde cythera:calabria dura colonis.

A d radios uergit:ſed carpathus:hanc prope crete
P inguis & umbroſis extendens collibus iden:
A nte ortus ſolis ꝓhibent quam fulgere ſole.
G ignitur hic alimos:quam ſi quis mordeat herbã:
C ōpeſcit dãnumq; famis rabiemq; diurnam.
A t rhodos ęgyptum contra iacet iuſula diues:
S uniados contra quoq; ſũmum rupis ad ortus.
N ubila quam nũquam uetuerũt lumine ſolis:
N am purus carę potitur telluris abantas:
S upra ſunt ſelamis:nec nõ ęgina:ſed ortus
C ernentẽ cyprum pontus pãphylius ambit.
P oſt hęc ſunt ternę citra patareide ſumma
F ama chelidonias:celebrat quas nomine terras.
N ec procul eſt arados phoenices ęquore cincta.
A egęi uero diuerſis partibus alti.
A d fauces arctas multę ſunt inſulę abydi
C onfines aſię dextrę:europęſq; ſiniſtrę.
A d boream tamen hę ꝓtendũt ordine longo
E uropes macris contingit abantias oram:
E t celſam ſcyrus peparethus ſacraq; lemnos.
F ertilis atq; thaſos:ſimul imbros poſt corybãtũ
M oenibus antiquis ſamothracia cernitur alta.
A ſt aſię partem:quę tangũt ęquore primam:
D elon circũdant:has dicunt cyclad as eſſe:
C ontimbos:parados:ceu ſtellas aſpicis almas:
I oniaſq; ſimul:quas inter caunus & altę
S unt ſamnus atq; chius celebratę nomine claro.
A eolicę poſt:& leſbus tenedusq; ſequũtur.
E t ſinus inde melas helles prorũpit in ęquor.
P anditur hinc pelagus:tumidaq; ꝓpõtide feruet
A d boream:ſaxiſq; viget proconeſus in illa.
E ſt etiam leuis euxini partibus vna
Q uam leucen ꝓhibent:aduerſa boryſthenis ãnis:
P aſcit aues quoniam multas candore niuali.
H ic animas ꝓhibent heroum laude potentes
D egere ſecuras virtutis munere pulchro.
G immeriũ recta:ſed ſi quis boſporon ibit:
C ernitur hinc dextra.uaſtę męotidis vnda:
I nſula mole grauis trans alopecea lata
P oſt quã phenagoren:hermonaſſamq; nepotes.
E gregie quondã coluerunt gentis ionum

Leuce inſula

I nſulę hę celebres pelagi ſũt nomine claro.
A ſt alias refluum circũdat tethyos ęquor:
Q uarũ demõſtrem poſitum regionis ad oras.
A ethiopes habitant erytheam pectore iuſti
A tlantem iuxta longęui finibus olim
V enit hyperboreis quę gens poſt facta ꝓempti
G eryonis:domuit quem virtus herculis ingens.
S ed ſũmam contra ſacrum cognomine dicũt
Q uam caput europę:ſunt ſtanni pondere plenę
H eſperides:populus tenuit quas fortis hiberi.
A ſt alię oceani iuxta boreetidas arctas
S unt geminę rheniq; britãnides hoſtia cernũt.
H ic etenim laſſo perrũpit tethya curſu.
H as tamẽ haud habeat ſpacio ſupare per orbem
I nſula perfulget nigro ſplendore gagates:
H ic lapis ardeſcens auſtri ꝓfuſus aquarũ
A ſt oleo perdens flammas:mirabile viſu.
A ttritus rapit hic teneras ceu ſuccina frondes.
N ec ſpacio diſtant neſidum littora longe
I n quibus uxores amnitũ bacchica ſacra
C oncelebrant:heredę foliis tectęq; corymbis.
O ceani tranans hic nauibus ęquor apertum
A d thulen uenies:quę nocte dieq; relucet.
T itanis radiis:cum curru ſcandit ad axes
S igniferi boreas ſuccedens lampade partes
A d nauem pelago flectenti aquilonis ab oris
A d ſolem calido referentem lumen ab ortu
A urea ſpectetur tibi pinguibus inſula glebis.
H inc trepidos proram cõuertens nauis ad auſtros
T aprobanẽ ueniet:generatq; magna elephantes.
P er fines aſię:iacet hęc ſub ſydere cancri
L ittoribus cuius ſaliũt denſiſſima cete:
Q uę paſcit uaſtum mare rubrum montib⁹ ęqua
T enditur horribilis:quorũ per terga per armos
S pina ferens cladem:fatumq; ſub ore feroci:
Q uippe ſolent pariter nauem ſorbere viroſq;
N am mala tam pelagus q̃ terra merẽtib⁹ offert.
V lterius pergas ſi poſt carmanicla ſũmam
O gyris occurrat:qua dicitur eſſe ſepulchrum
R egis erythręi:dederat qui nomina ponto.
P erſicus inde ſinus penetrat:& icaron offert

Insula:quę fertur nimiũ placare dianam.
Tot sunt ingentes quas cingit tethyos vnda
Insulę:aſt alię diuerſis partibus orbis.
Diſperſę plures:fama latuere minores
Auris difficiles nautis uel portubus aptę
Quarũ nõ facile eſt mihi ꝓmere nomina uerſu.

ASt aſię fines amborũ linea monſtrat
Et formã contra poſitarũ imagine coni.
Paulatim trahitur tamen hęc orientis ad oras
Oceanus ſtatuas bacchi qua tangere fertur
Finibus indorũ poſtremis gurgite torrens
Qua ganges liquido nyſſęos irrigat agros
Non tantũ & ſpacio ſimilis telluris apertę
Scilicet ambabus penetralibus vnus in illis
Funditur oceani ſinus:& diſterminat ambas.
Aſt aſię gremio triplex mare confugit vndis
Hyrcanũ pariter perſum ſimul atq; ſabęum
Hęc noton:ad boreos hyrcanũ uergit ad axes.
Gurgitis euxini vicinum multa virorũ
Milia:quod circum degunt per littora ponti.
Amborũ medius campis diſcernitur iſthmos.
Aſt aſiam qui mons excelſus diuidit omnem
Incipit a mediis terrę pamphylidis oris
Et longis ſeſe ſpaciis producit ad indos:
Nunc obliqua means:nunc recto limite currens
Vertice:quem toruo phibent cognomine taurũ.
Cornua nam ſũmus ſcopulis imitatur acutis:
Multifiduſq; ſuos huc colles ſpargit & illuc.
Ex hoc ĩnumeri deſcendũt fontibus amnes
In partes euri zephyri boreęq; uel auſtri.
Quis memorare queat fluuiorũ nomina cuncta?
Non tamen eſt vnum montis cognomen ubiq;
Sed uarij flexus variantur nomine multo.
Singula ſed propriis ſunt nomina nota colonis.
Nunc igitur gentes illum populoſq; tenentis
Qui celebres memorem.ſed felix numem adeſto
Męotę primi tangunt męotidis vndas.
Sauromatęq; truces gens aſpera martis in armis
Sanguis amazonidũ fortis:quos protulit olim.
Sauromatis mixtę quę thermodoonte relicto

Ingentes genuere viros:belloq; potentes
Innumeras habitant qui ſiluas gurgite uaſto:
Inter quas tanais męotidis intima pulſat
Europen fluuio dirimens aſiamq; reflexo.
Europen zephiro:aſiam ſub partibus ortus
Caucaſi exit cuius fons montibus altis
Murmure cũ uaſto ſcythię per plana refuſus.
Nunc tamen ĩmenſo torrentem flumine uertit
In glaciem boreas horrendo flamine ſęuus.
Heu miſeros homines:habitãt qui finibus illis
Aere damnati triſti:nimioq; rigore:
Quo pereũt pecudes pariter populiq; virorũ
Ni propere linquãt ſua rura ſurẽtibus euris.
Hi tanain habitant fluuiũ prope ſauromatarũ
Qui ſunt vicini ſindi quoq; cimmeriiq;
Poſt hos cercetij inxta quos axenus altis
Luctuat ęquoribus:necnon oretęq; feroces
Et qui troianę poſt proelia gentis achęi
Aſcalpi regis:victricia ſigna ſequentes
Diſpulſi uentis iſtas uenere ſub oras.
Poſt hos eniochi:genuit quos gręcia tellus
Et zygij iuxta viuũt regione ſub vna.
Intima ſed ponti poſt fines tyndaridarũ
Aegypto miſſi colchi tenuere coloni:
Caucaſii montis prope collem & caſpia ponti
Littora:qua celeres deſcendũt phaſides vndę
Circęoſq; ſecant campos:atq; ęquora ponti:
Naſcitur armenij fluuius:qui uertice montis:
Ad cuius partes boreas & ſolis ad ortus
Euxinũ dirimens:& caſpia littora late.
Diffuſos ſpaciũ per longum panditur iſthmos:
Quem iuxta terras habitant orientis iberes.
Pyrrhenę quondam:celſo qui monte relicto
Huc aduenerũt hyrcanis bella ferentes.
Hic camaritarũ gens eſt cariſſima baccho:
Luctibus hanc propter perſęuit caſpius ęſtus.
Vndiq; quem tereti concludit margine tellus.
Sed mare nõ ualeat tribus illud menſibus ulla
Scilicet ĩmenſum nauis tranſire profundo.
Non tamen exacuit pars vna ſub axibus ęquor
Quia tractum refugę miſcetur tethyos vndę.

M ulta quidem generat viuis miracula rerum:
S ed tamen egregio cristalli pondere gemam:
A tq; malos lemures quod pellit munus iaspi
N octurni manes fugitant:quem mēbra tuentē.
H oc igitur pelagus:quę gentes vndiq; cingunt
I ncipiens numerem primis aquilonis ab oris
Q uę uergūt zephyro:quas caspia littora claudūt.
P rimi sunt scythię populi saturnia iuxta
A equora viuentes:hyrcaniq; hostia ponti:
Q uos supra gryphes ditissima rura smaragdo:
Q ualem non alius terrarū possidet orbis:
A tq; aurum sibimet defendūt pondere puro
O mnia:sed duri superans audacia lucri:
A duersus uolucres heu cōmouet arma virorū:
P roelia nam faciūt armaspi gryphibus hostes:
H ic & cristalli perlucet maxima moles.
H inc vnnus sequit̃:post fortis caspia proles.
H inc sunt albani bellaces marte feroci:
V nde canes nati superant genus omne ferarū:
M agnus allexander missum sibi viderat inde
V ictorem barriq; canem:rabidiq; leonis.
P ost hos cadusij durissima rura colentes:
E t prope sunt mardi:sequiturq; hyrcania plebes.
H inc apyri:per quos mardus deuoluit̃ amnis.
D ercebius bibit hunc prēter bactrusq; fluentem:
P er quos hyrcanū currens descendit in ęquor
S ed bactri mediis habitant telluris in aruis
P arnessum late prope montem rura tenentes.
D ercebij uero sub caspia littora uergunt.
P ost hos massagetę:trans flumen araxis ad ortū
H ospitibus ęqui cunctis belloq; feroces
N on bacchi donum:cereris nec munera norūt:
S ed lac cōmixtum potant cū sanguine equino.
H os iuxta boream uergit chorasmia proles
S ugdias hanc sequit̃ rapidus quā diuidit oxus
E modum montem:qui linquens caspia rūpit.
I nde sacę nimiū certis gens mira sagittis
F lumen iaxartem iuxta:quibus arua colūtur:
E t tochari phruniq; & plurima milia ferum
I llis nulla boum:pecoris nec pascua curę:
V estibus utuntur:texunt quas floribus ipsi
Q uos tenuat lectos deserti finibus ipsi.
A st alia scythię gens est externa per arua
Q uos prope sunt tristes uentis & frigore terrę
N anq; niues sēper pulsant has grandine mixtę:
C aspius his populus lustratur pontus & oris.
A spice post colchos nūc: & post phasidis vndas
O ccasum uersus populos in littore ponti
E uxini:damus hos usq; ad chalcedonis ora
B osporus angustat scopulis quę trachius urgens.
B yzeres primi quos iuxta terra uechitum.
M acrones post hos pariter:phyliresq; sequūtur.
M ossyniq;:domos prębent quis lignea tecta.
T urribus arboreis habitantes vnde uocantur.
H inc pecorū est diues nimirū gens tibarenū.
H anc prope sunt chalybes durissima rura colētes:
Q uos labor exercet ęuus ferriq; metalla.
V icinos istis campos terramq; patentem
A ssyrij complent populi:qua gurgite uasto
I nter amazonidas thermodon martius amnis
A rmeniū linquens montem descendit in ęquor.
H uc asię quondam deuenit alūna sinope
E x qua cognomen cęperūt moenia clara.
I llius fluuij rigidas prope frigore ripas
I nuenies lapidem cristalli pondere puro
C onsimilēq; gelu:necnō splendore nitenti
G emma micans illic perlucet iaspidis albę.
I ris continuo liquidis percurrit in ęquor.
P ost halys est fluuius boreę qui currit in ortus:
A tq; carambidis irrumpit prope littora pontū:
A rmoniis primas qui montibus accipit vndas.
P aphagones post hos:mariandyniq; sequūtur
B ithyniq; viri pinguissima rura colentes:
Q ua rhebas pulcher gratissima flumina uoluit
R hebas qui rapidi decurrit ad hostia ponti.
N am prius exposita scythię sunt semina gentis.
N unc asię regio contingens littora nobis
D icatur:partes calidas decurrit ad austri
A tq; ellespontum transit syrięq; recessus
P oscit & arabiam:quę florent ubere terrę.
S unt chalcedonij primi post hostia ponti
M oenia byzantis qui cernūt optima contra

R omaniſq; pie regnis dominantia mundo.
B ebrycij poſt bos:& myſia montibus alta;
Q ua cius egregia decurrens murmurat vnda:
Q ua nymphas comitē phibent rapuiſſe potētis
A lcidę puerum triſtiſſima fata gementis.
H inc belleſpontū pertenditur angulus ingens
Q ua breuior phrygię pars eſt:nam latior intus
S angarij ripis fluuij vicina rapacis:
T enditur hęc potius titanis pinguis ad ortus:
A ltera ad occaſus altę ſub montibus idę
A ltera quę cecidit pręclaro nomine terra:
A d xanthi liquidas necnō ſimoētis ad vndas:
P oſt hęc eolię tellus pretenditur orę
F luctibus ęgęi primis quę tunditur alti.
I nde tenet terras pelagus prope ſanguis ionū:
P er quas męander pinguis deſcendit in ęquor
I nter miletum currens:latamq; prienem.
A d latus iſtorū boreū ſunt moenia clara
V rbs epheſus:claudit quā grato littore pontus.
P oſt has meonię tellus:quę uergit ad otus:
E t tmoli colles:fluuius quibus aurifer exit
P actolus:cuius prope ripa tempore uerno
S i ſedeas:dulci capiaris pectora cantu
C ygnorū:paſcunt quos herbę flumine circū:
N am florent aſię per campos plurima prata:
S ed magis ad fluuiū męandri gurgite miti:
Q uem iuxta ulouens ſe:murmurat vnda cayſtri:
P oſt hos ſunt lycij:quos xanthus diuidit amnis:
A d mare uergentes qui tauri cornua cernūt:
V ſq; ad pamphylios phibent quē nomine cragū.
I llic aſpicies aſpendum:moenia cuius
E urimedon amnis radit vicina profundo.
C ontinuoq; iacent alię pamphylidis urbes
C orycus parceq; calens:& celſa phaſelis.
H os ſupra mediis habitant telluris in aruis.
A d partes ortus:gens dura lycaonis armis.
P oſt hos piſidum pinguiſſima rura coluntur
T ermeſus:lybre necnon clariſſima ſlege
G ęntis amyclęę pulcherrima moenia quondam
H inc ſinus eſt longus cilicum:qui uergit ad ortus
E uxini penetrans vicinas ęquoris oras.

H unc aſię phibent anguſtis partibus eſſe:
C ui tamen īmenſo fluuij ſe gurgite miſcent
P er longum pyramus ſpaciū pynaruſq; uoluti
F lexilis & cydnus dirimitq; flumine tarſon.
H inc aſię cilicum ſunt celſis moenibus urbes
L yrneſſus maloſq; ſimul vicina profundo
A tq; ſoli medio terrarum fine fine locati
C ōmagena dehinc regio:ſyrięq; ſequūtur
V rbes diſpoſitę per longi littora flexus.
N am caſij montis:qua prominet ora per ęquor
V ergit in occaſus diffuſis tractibus vnda.
N unc aliquas aſię partes tibi carmine pandam
Q uadrati lateris qua clauditur vndiq; forma
E t ſpaciis campos longis protēdit in ortum
S cis etenim memoraſſe tibi:q; collibus altis.
P er totam mediis mons ingens tenditur actu:
Q uot fines aſię nigros producit ad indos
H oc eſto laterum boreum tibi:nilus ad oras
H eſperies finit:ſed tethys ſolis ab ortu
I ndica cōcludit:rubrū mare terminat auſtrū.
A ſpice nunc igitur dum finem uerſibus ortus
P eruenio retegens tibi ueris omnia rebus.
I ncipiens ſyrię terris: qua parte reliqui
Q uę pelagus ſupra ſub ſolem uergit ad auſtros:
V ribus & multis habitatur nomine priſco.
Q uę caua vulgatur:mediam quia collibus altis
A ſt humilem libanus claudit protentus in ortum
O ccaſumq; petens caſius:multiſq; virorū
I ncolitur populis locupletibus alma diremptis.
N anq; alij mediis habitant telluris in aruis:
H oſq; ſyros proprie perhibent:ſed littora iuxta
P hoenices viuūt ueteri cognomine dicti:
Q uos miſit quondā mare rubrū laudibus auctos
C haldeo nimiū decoratā ſanguine gentem:
A rcaniſq; dei celebratam legibus vnam:
Q uod pelagus primi tentātes nauibus altis
D iſuūctas gentes docuerūt iungere mercem
E t primi ſtellis numeros nomenq; dedere:
A tq; oculis mirum uoces ſentire figuris.
H i muros iopes:gazam quoq; elaida cōplent:
A ntiquamq; tyrum:beryti & moenia gratę:

V icinamq; mari byblim:ſydonaq; pulchram
Q uam iuxta liquido boſtrenus gurgite currit:
E t pingue tripolim:necnō arthoſida ſacram
L aodicē pariter:poſitam prope littus amoenū
E t poſidi turres:& daphnes optima tempe
T errarū mediis apameę moenia clarę
A d cuius partes eoas orontes.
A ntiochi medius dirimit qui gurgite regna;
H ęc omnis pinguis tellus eſt ubere lęta:
A rboribus pariter:pecoriq; & cōmoda viri:
A d cuius fines ueniens:quos terminat auſter
A rrabij cernes extremi littora ponti:
Q ui ſyriam medius diſterminat arabiamq;
E t tangit uergens orientem uerſus elanos.
D iues arabs poſt quos latiſſima poſſidet arua
Q uę protenta diu cingūtur ab ęquore perſo
A rrabioq; ferit zephyrus quod flamine ſęuo
P erſica nam flatus ęoi littora turbant
O ra:ſed hęc auſtro tendit ſubiecta per ortus
F luctibus oceani pulſatur & vndiq; rubri.
H anc quoq; deſcribam tenui ratione recenſens:
P aſcere nam populos felices diuite terra
F loribus & uariis miracula prębet odoris.
N anq; thyo ſmyrnaq; viget cū thuris odore
E t caſia: necnon & cannę dulcis odore.
C innama pręterea iocūdę naribus aurę
F ertilis hęc generat tellus:auriq; metalla
V eſtibus auratis quare gens utitur illa.
H is pueros ſeruans molochites ſplendet arenis
A ndromadaſq; lapis cōpeſcens pectoris iras.
S ed libani montis ſunt poſt decliuia primi
F oelices opibus nabatęi nomine dicti.
C hablaſij poſt hos atq; agrees:inde propinquat
C hatramis atq; ſacę:contra ſunt perſidis ęquor
M inęiq; maris prope rubri littora viuūt.
A tq; ſabę poſt hos: necnō habitant cletabeni
A rrabię populi celebres hi nomine claro.
S unt tamen & plures alij:nam maxima tellus.
T rans iſtam zephyri ſub partes degit erembū
S pelūcis genus infoelix & rebus egenis
Q ui ſolis radiis nigreſcunt corpus aduſti

D iſperſiq; dolent luſtrantes more ferarum.
N on arabis ſimiles opulentis:ſcilicet ęqua
O mnibus eſſe poteſt nunq̄ fortuna bonorū.
P oſt libani montis populi ſunt ſolis ad ortus
A lterius ſyrię:quę tendit ad uſq; ſinopen:
C appadoces mediis habitant in finibus huius
T erminus aſſyrios:ſed claudit ponticus ille
T hermodon:pelagi qua pulſat gurgite fluctus:
C uius ab eoo decurrit limite ualtis
V iribus euphrates deſcendens mōtibus aſpris
A rmenię longuſq; noton pertendit & inde
A d ſolem flexus babylonis diuidit urbem:
L ittora deinde ruens prumpit perſidis vndę
E xtrema fluuij ſub parte teredona radens.
H uius ad auroram ripis deuoluitur altis
T igris:aqua ſuperāt quē flumina nulla rapaci
S ed tantū ſuperat:quantū uix ſeptimus ortus
C onficiat pedibus ſpacij properātibus ire.
A tq; lacu medius thonites intrat & exit
N ec violatur aqua:quāuis penetrabilis illa:
O cior atq; uadis emergens cedit amaris.
H oc tamen omne ſolū fluuius qd̄ cingit uterq;
I ndigenę populi pro re dixere medānem:
Q uod medias amnes has terras flumine cingūt
A gricolis pariter paſtoribus atq; feracem.
V bere nam lęto florenti ſemina cuncta
H erbarūq; thoris:& gramina lęta vireſcūt:
V t uariis rami cōplentur fructibus alti:
G ens quoq; pręfulget claris in laudibus illa:
N am peperit multos celſa virtute potentes
A tq; adeo ſimiles:licet ut mortalibus eſſe
A rmenij iuxta quam ſunt aquilonis ad axes
C ōminus & fortes:quos ſentit mars matieni
Q uos prope concludūt euphraten collibus altis
M ontes diuitiis pariter belloq; potentes:
A d partes auſtri babylon:quam moenibus olim
M irandis poſuit firmiſq; ſemiramis urbem
C uius in arte domū ſplendentem fecerat auro:
Q uam ſimul argentū uarie decorauit eburq;
H oc quoq; pingue ſolum palmarū diuite ſilua:
Q uod fert berylli munus pręcioſius auro

B erylli lapidem liquidum:glauciq; coloris:
P er loca quę tendũt asianę ad moenia petię.
A t supra babylona vides & flamina uasta
C issos messabiasq; chalonitasq; feroces.
A rmenios montes si linquens ibis ad ortus
M edica noscetur tibi tellus:cuius ad axes
G eri sunt mardiq; viri simul atrapateni
A d noton inde habitant medorũ rura tenẽtes.
M edea hinc fugiens dederat cognomina terrę
H inc medi uarios usus nouere ueneni:
Q uorũ per multas spaciũ diffũditur oras.
H ęc generat narcissiten oriente sub ipso:
Q ui lapis est fuscus:cõplent hanc vndiq; siluę
I nter quas homines pecuaria ditia pascũt.
C aspiadas tangũt portas:qui solis ab ortu
R upibus/hęc celsis/asię sunt claustra potentis. .. excelsis
Q ua via sub boream duplex se scindit:& austrũ:
H ęc regio persas:hyrcanos ducit:at illa:
S ub colles imos habitant:post caspia claustra
M artia gens parthi:telis arcuq; potentes:
V iuere qui spoliis gaudent:raptuq; nefando:
Q uę propter:bellis homines uexantur in orbe:
A tq; optata perit multo pax sanguine mũdi.
P ost hos est persis circũdata mõtibus altis
A ssiduis florens regnis:& diuite censu.
E x quo ꝑdomuit lydorũ moenia sardis
C ingitur excelsis hęc vndiq; collibus omnis
A d uergens austros post caspia claustra petensq;
Q uod proprio pelagus celebrat cognomine latũ
A tq tripartitis habitatur finibus illa.
N anq; colũt alij rigidę sub partibus arcti
T erras quas medi nemorosis mõtibus umbrant:
A st alij medię viuũt regionis in aruis
L ittora postremi tangũt australia persę
P rima parte sabę:mediisq; pasargada:post hũc
T ascorũ telis habitat gens fortis & arcu.
Q uinq; tenent populi diuisos persidis agros:
A mnibus hęc multis recreat et ubere pingui
H inc choros ĩmensus profũditur:inde choaspes
F onte cadens indo:qui stringit gurgite susa
I n cuius ripis pręclarus fulget achates

P ondere cõsimilis uoluit quos vnda cylindris
F ertilis hęc tellus foecũdis pascitur auris:
N am uentis semper florescũt rura secũdis:
H ęc eadem gemmis nimiũ decoratur honestis:
Q uarũ quis uarias vires?quis nomina dicat?
T e colythum memorẽ iusto cognomine dictũ
Q ui lapides rhenum tritus potusq; resoluit:
M iritenenq; bonum nardi cũ reddat odorem:
H ic est actites sonitum cui spiritus addit
A rchanũ crepitans pręgnãtibus utilis esse.
N ecnon pyrites:digito qui strictus adurit
G emmaq; quę radios emittit candida solis
A tq; selenites lunaris imagine lucis:
Q uod decus & minuit proprij splẽdoris & auget.
R espice nunc reliquas asię sub finibus oras.
P ersidis ad pontum carmani solis ab ortu
L ittora pars habitant:medię pars limina terrę:
G edrosi post hos tendũt orientis ad ignem
O ceanum iuxta radiis propioribus usq;:
E st scythię tellus australis flumen ad indum:
Q ui ponto rapidus rubro cõtrarius exit.
G urgite nam celeri rectus decurrit ad austrum:
C aucasiis oriens primũ de montibus altis.
D iuidua cuius patalane cingitur vnda
S eparat ĩnumeras & uasto gurgite gentes.
A d partes rapidi qua uergunt lumina solis
O ritas aribasq; simul liniq; arachotas
V tentes leuis:& satraidas simul omnes
P ampanij montis sub celsa rupe arienos
N omine cõmuni:qui terras ubere nullo
F lorẽtes habitant:squallẽt nam sentibus aspris
C oralij lapidem:qui rubrum littore carpunt.
S aphiriq; decus nigri:flauijq; coloris
S axorum cędunt uenis ac merce beati:
I n quorũ terras hinc tethyos ęquora claudũt
Q uas primo titan ascendens lumine cernit:
V nde color populis niger est flagrãtibus ortus
A tq; gerũt similis hyacintho fronte capillos.
E ffodiũt alij terras:auriq; metallum.
A st alij texunt tenuissima tegmina lini:
V el dentes stringũt elephantis ab ore reuulsos:

S crutantur ripis alij torrentibus imbri:
B eylli gemmas glauci:nitidumq; adamanta.
A tq; aura viridi legitur:quę ſplendet iaſpis.
C oraliiq; decus liquidi:gratiq; topazi
P urpureoq; amethyſos ineſt ſuffuſa colore.
D iuitias magnas ſic tellus illa miniſtrat.
A ſſiduis rigant hanc totam fontibus amnes
A rboribuſq; viget uariis milioq; ſequenti:
E t precio rubrę perfloret arūdinis illa.
H inc alij ſuperant procero corpore tantum
I nſiliant equitum faciles ut more elephantis:
A ſt alij viuūt ſapienti pectore nudi
L uminibuſq; vident rectis mirabile ſolem
E t radios oculis & ſacra mente retractant
S ignaq; concipiūt arcana luce futuri:
P ſittacus hic viridi decoratus torque rubenti
N aſcitur:humanę ſimulat qui uerbera linguę.
N unc age te fluuios montes formāq; docebo:
I pſius terrę populos genteſq; beatas.
M arginibus ternis tellus hęc clauditur omnis
O bliquatq; latus per cūct as linea partes.
H eſperios fines immanis terminat indus:
A d notios pelagus concludit gurgite rubrum:
S ed gentes ortus & caucaſus excipit arctum.
H anc homines habitant multi diteſq; colendā
N ominibus uariis diſcreti:& finibus amplis.
D ardanij ripas contingūt fluminis indi
H ic ubi pręcipitem ſcopuli fundūt aceſinem
H uncq; capax claſſis uenientē uoluit hydaſpes
T ertius hos ſequitur ſplendenti gurgite cophes.
T oxilus inter quos habitat cum gente ſabarū.
H inc ſcodri poſt hos ſunt:peucaneiq; feroces.
G angaridęq; truces:auri qua pondus onuſtū
D euoluens hypaniſq; trahit:rapiduſq; megarus
Q uos capit emodo miſſos gangetica monte
T ellus:porrigitur quę ad terrę colidis auſtros
O ceani tangens pelagus ſub collibus altis
Q uos uolucres metuūt celeri contingere penna
V nde locis graij poſuerūt nomen aornin
H ic via quę celebrat nomen dionyſia bacchi
C ui ſtatuas dederat victoria finibus illis
~~Hic tylos ē ſuperemi mathi nimo de terre~~
~~Inſula nam: viret cunctis in partibus amni~~
H ic tylos est superās vastæ miracula terrę
I nsula namq; viret cunctis in partibus amni

N ec foliis nudat ramos autūnus in illa.
A ſſidueq; tenet flores genus arboris omne.
H ic adamas fulget lymphantia pectora ſanans.
E t probibens miſeris occulti damna ueneni:
Q uem minime ualeat ferrū ſuperare nec ignis:
F rangiť hircino maceratus ſanguine tantū:
S ed tepido:fractis multis incudibus ante:
A d motum retrahit defendens robore miro.
H ic lignis lucem ſimulat ſplendore lucernę
H inc meruit nomen pręclaro nomine dignum
T ot ſunt per terras vulgatę nomine gentes:
N am reliquas quę mens ualeat mortalis in orbem
D iſperſas:numerare tibi ſine numine magno?
Q uod bene diſpoſuit terras:pontiq; profundū:
S yderibus uariis decorans cęleſtia templa:
E t multis recreans:uariiſq; coloribus arua:
M unera per populos tribuens diuerſa virorū.
S ed uos terrarū tractus gaudete per ęuum:
E t quęcūq; mari circūdatur inſula uaſto:
O ceanuſq; ſimul:necnō penetrabilis vnda:
Q uam gremio tellus ſinuoſo ſuſcipit alma:
E t fluuij:monteſq; lacus:quos continet orbis:
N am pelagi partes percūrri carmine uaſtas:
E t terrę pariter regiones finibus amplis:
O mnipotēs pro quo genitor mihi pręmia donet

FINIS

Impreſſum Venetiis impēſis Iohānis de Colonia
ſociiq; eius Iohānis māthen de Gherretzem . Anno
domini.M.CCCC.LXXVI.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA